

a Principe conservata sint, pereunt; adeo ille est accusatoris defensor, et quasi patronus; idem et Sabinus libris ad Vitellium scripsit.

23. GAIUS *libro singulari de tacitis fideicommissis*.—Si quilibet heres ex cuiuscunque testamento tacite rogatus fuerit, ut quadrantem, quem legis Falcidiae beneficio retinuit, non capienti restituat, aequae locus erit Senatusconsulto; neque enim multum intererit inter tale fideicommissum, et quum quis id, quod ad se ex hereditate pervenerit, restituere rogatus sit.

24. PAPINIANUS *libro XVIII. Quaestionum*.—Si testamentum patris iure factum filius negavit, quoniam de iure disputavit, non iudicium impugnavit, aut accusavit, retinet defuncti voluntatem.

25. IDEM *libro XIV. Responsorum*.—Si gener socerum heredem reliquerit, taciti fideicommissi suspicionem sola ratio paternae affectionis non admittit.

[26.] (1) § 1.—Apud Scaevolam libro trigesimo Digestorum Claudius notat: si vivo testatore decesserit is, cui illicite legatum relictum erat, non fisco hoc vindicatur, sed apud eum, a quo relictum est, remanet.

tor, y otro el del legatario; y cuando hubiere acusado no por derecho de su propia persona, sino de la del pupilo, no debe merecer propia pena. Finalmente, las cosas dejadas al pupilo en este testamento perecen, si no hubieran sido conservadas por el Príncipe; de tal suerte es él defensor del acusador, y como patrono; lo mismo escribió también Sabino en sus libros de Comentarios á Vitelio.

23. GAYO; *De los fideicomisos tácitos, libro único*.—Si á cualquier heredero se le hubiere rogado tácitamente en virtud del testamento de cualquiera, que restituya, á quien no puede adquirir, la cuarta parte que retuvo por beneficio de la ley Falcidia, tendrá lugar igualmente el Senadoconsulto; porque no habrá mucha diferencia entre tal fideicomiso, y cuando á alguno se le hubiera rogado que restituya lo que á él hubiere ido de la herencia.

24. PAPINIANO; *Cuestiones, libro XVIII*.—Si el hijo dijo que el testamento de su padre no fué hecho con arreglo á derecho, como quiera que disputó sobre el derecho, y no impugnó ó acusó la última voluntad, retiene la voluntad del difunto.

25. EL MISMO; *Respuestas, libro XIV*.—Si el yerno hubiere dejado heredero á su suegro, la sola razón de afecto paterno no admite la sospecha de un fideicomiso tácito.

[26.] § 1.—Observa Claudio en Scévola en el libro trigésimo del Digesto: si viviendo el testador hubiere fallecido aquel á quien ilícitamente se le habia dejado un legado, este no es reivindicado para el fisco, sino que queda en poder de aquel á cuyo cargo se dejó.

LIBER TRIGESIMUSQUINTUS

TIT. I

DE CONDITIONIBUS, ET DEMONSTRATIONIBUS,
ET CAUSIS, ET MODIS
EORUM, QUAE IN TESTAMENTO SCRIBUNTUR.

[Cf. Cod. VI. 44—46.]

1. POMPONIUS (2) *libro III. ad Quintum Mucium*.—Legatis, quae relinquuntur, aut dies (3) incertus, aut conditio adscribitur, aut si nihil horum factum sit, praesentia sunt, nisi si vi (4) ipsa conditio insit.

§ 1.—Quum dies certus adscriptus est, quamvis dies nondum venerit, solvi tamen possunt, quia certum est, ea debitum iri.

§ 2.—Dies autem incertus est, quum ita scribitur: «heres meus quum morietur, decem dato»; nam diem incertum mors habet eius, et ideo, si legatarius ante decesserit, ad heredem eius legatum non transit, quia non cessit dies vivo eo, quamvis certum fuerit moriturum heredem.

(1) Según Hal.

(2) Ulpianus, Hal. Vulg.

(3) certus, aut, inserta Hal.

LIBRO TRIGÉSIMOQUINTO

TÍTULO I

DE LAS CONDICIONES, Y DE LAS DEMOSTRACIONES, Y
DE LAS CAUSAS, Y DE LOS MODOS
DE LO QUE SE ESCRIBE EN EL TESTAMENTO

[Véase Cód. VI. 44—46.]

1. POMPONIO; *Comentarios á Quinto Mucio, libro III*.—A los legados, que se dejan, se les adscribe ó un término incierto, ó una condición, ó, si no se hubiera hecho nada de esto, son de presente, á no ser que por fuerza estuviera en ellos la misma condición.

§ 1.—Cuando fué señalado un término cierto, pueden ser pagados aunque todavía no hubiere vencido el término, porque es cierto que se habrán de deber.

§ 2.—Mas el término es incierto, cuando se escribe así: «cuando muera mi heredero, dé diez»; porque su muerte tiene un día incierto, y por lo tanto, si el legatario hubiere fallecido antes, el legado no pasa á su heredero, porque no empezó á correr el término viviendo él, aunque haya sido cierto que había de morir el heredero.

(4) Taur. según la escritura original; nisi si ve, corrección del códice Fl., Br.; nisi vel ipsa, Hal.

§ 3.—Inest autem conditio legati, veluti quum ita legamus: «quod ex Arethusa (1) natum fuerit, heres dato», aut: «fructus, qui ex eo fundo percepti fuerint, heres dato», aut: «servum, quem alii non legavero, Seio dato».

2. ULPIANUS libro V. ad Sabinum.—Conditionum quaedam sunt, quae quandoque impleri possunt etiam vivo testatore, utputa: «si navis ex Asia venerit», nam quandoque venerit navis, conditioni paritum videtur; quaedam, quae non nisi post mortem testatoris; «si decem dederit, si Capitolium ascenderit», nam, ut paruisse quis conditioni videatur, etiam scire debet hanc conditionem insertam; nam, si fato fecerit, non videtur obtemperasse voluntati.

3. IDEM libro VI. ad Sabinum.—Obtinuit, impossibiles condiciones testamento adscriptas pro nullis habendas.

4. POMPONIUS libro III. ad Sabinum.—Si his legatum est, quibus patronus legata praestat, temperare debet Praetor conditionem, ut et patrono, et heredibus scriptis pro portione dentur conditionis explendae gratia.

§ 1.—Si ita scriptum sit: «si in quinquennio proximo Titio filius natus non erit, tum decem Seiae (2) heres dato», si Titius ante mortuus sit, non statim Seiae (3) decem deberi, quia hic articulus «tum» extremi quinquennii tempus significat.

5. PAULUS libro II. ad Sabinum.—Conditionibus pupillus et sine tutoris auctoritate parere potest, nec quem moveri, quod expleta conditione necessarius heres aliquando esse potest; nam hoc iure potestatis fieri, non conditionis expletae.

§ 1.—Item servus vel filiusfamilias sine iussu patris vel domini conditionem implere possunt, quia eo facto nemo fraudatur.

6. POMPONIUS libro III. ad Sabinum.—Multa testamento non committitur ab herede, vel legatario, vel eo, qui ex ultima voluntate aliquid lucratur, qui alicuius arbitratu monumentum facere iussus sit, si is, cuius arbitrium est, non vivat, vel adesse non possit, aut rei (4) arbitrari nolit.

§ 1.—Si servos certos quis manumisisset, heres esse iussus erat; quibusdam ex his ante mortuis, Neratius respondit, defici eum conditione, nec aestimabat, pareri possét conditioni, necne. Sed Servius respondit, quum ita esset scriptum: «si filia et mater mea vivent», altera iam mortua, non defici conditione; idem est et apud Labeonem scriptum. Sabinus quoque et Cassius, quasi impossibiles eas condiciones in testamento positas pro non scriptis esse; quae sententia admittenda est.

(1) Arethusa, la Vulg.

(2) Seio, Hal.

(3) Seio, Hal.

§ 3.—Pero es inherente al legado la condición, como cuando legamos así: «dé el heredero lo que hubiere nacido de Arethusa», ó: «dé el heredero los frutos, que se hubieren percibido de este fundo», ó: «dele á Seyo el esclavo, que yo no hubiere legado á otro».

2. ULPIANO; *Comentarios á Sabino, libro V.*—Hay algunas condiciones que pueden cumplirse en cualquier tiempo, aun viviendo el testador, por ejemplo: «si la nave hubiere venido de Asia», porque cuando quiera que la nave hubiere venido, se considera que se dió cumplimiento á la condición; otras, que no, sino después de la muerte del testador: «si él hubiere dado diez, si hubiere subido al Capitolio», porque, para que se considere que uno cumplió la condición, debe saber también que habia sido impuesta esta condición; porque si lo hubiere hecho por casualidad, no se considera que obedeció á la voluntad.

3. EL MISMO; *Comentarios á Sabino, libro VI.*—Prevaleció, que las condiciones imposibles puestas en un testamento se han de considerar como nulas.

4. POMPONIO; *Comentarios á Sabino, libro III.*—Si se legó á quienes el patrono paga los legados, el Pretor debe moderar la condición, de modo que para que se cumpla la condición se les den á proporción así al patrono, como á los herederos instituidos.

§ 1.—Si se hubiera escrito así: «si en el próximo quinquenio no le hubiere nacido un hijo á Ticio, entonces dele el heredero diez á Seya», si Ticio hubiera muerto antes, no se le deben á Seya inmediatamente los diez, porque esta palabra «entonces» significa el último momento del quinquenio.

5. PAULO; *Comentarios á Sabino, libro II.*—El pupilo puede cumplir las condiciones aun sin la autoridad del tutor, y no hace dudar, que, cumplida la condición, puede ser algunas veces heredero necesario; porque esto se verifica por derecho de la potestad, no de la condición cumplida.

§ 1.—Asimismo, el esclavo ó hijo de familia puede cumplir una condición sin orden del padre ó del señor, porque con este hecho nadie es defraudado.

6. POMPONIO; *Comentarios á Sabino, libro III.*—Por el heredero, ó por el legatario, ó por el que en virtud de la última voluntad se lucra de alguna cosa, á quien se le hubiera mandado hacer un monumento á arbitrio de cualquiera, no se incurre en la pena del testamento, si no viviera aquel á cuyo arbitrio está, ó no pudiera estar presente, ó no quisiera dar su arbitrio sobre la cosa.

§ 1.—Se había mandado, que, si uno hubiese manumitido ciertos esclavos, fuese heredero; habiendo muerto antes algunos de ellos, respondió Neracio, que él faltaba á la condición, y no estimaba si se podía, ó no, dar cumplimiento á la condición. Pero Servio respondió, que cuando se hubiese escrito así: «si vivieren mi hija y mi madre», no se falta á la condición habiendo ya muerto una; lo mismo se halla escrito también en Labeón. También dicen Sabino y Cassio, que estas condiciones imposibles puestas en el testamento se tienen por no escritas; cuya opinión ha de ser admitida.

(4) ei, Hal.

7. **ULPIANUS libro XVIII. ad Sabinum.**—Mucianae cautionis utilitas (1) consistit in conditionibus, quae in non faciendo sunt conceptae, utputa: «si in Capitolium non ascenderit, si Sticum non manuserit», et in similibus; et ita Aristoni, et Neratio, et Iuliano visum est; quae sententia et Constitutione Divi Pii comprobata est. Nec solum in legatis placuit, verum in hereditatibus quoque idem remedium admissum est.

§ 1.—Unde si uxor maritum suum, cui dotem promiserat, ita heredem scripserit ex parte: «si dotem, quam ei promisi, neque petierit, neque egerit», denunciare eum posse coheredi, paratum se accepto facere dotem, vel cavere, et ita adire posse hereditatem. Sed si ex asse sit institutus maritus sub ea conditione, quoniam non est, cui caveat, non impediri eum, quominus adeat hereditatem; nam iure ipso videtur impleta conditio eo, quod non est, quem possit de dote convenire ipse adeundo hereditatem.

8. **POMPONIUS libro V. ad Sabinum.**—Si quis ita legaverit: «dum uxor mea cum filio erit, heres meus ei tantum dato», si ea latitans patronum de medio discessit, ut tamen consilium retineret habendi secum liberos, deberi ei legatum, Trebatius et Labeo aiunt, quia non omne momentum exigendum sit, ut cum liberis sit, sed si (2) eam mentem, et id propositum habeat, ne filium a semet dimittat, neve per eam stet, quominus cum ea filius educetur.

9. **ULPIANUS libro XX. ad Sabinum.**—Solemus dicere, eum, qui in tempus liberorum uxori legat, de his non sensisse, quos iam tunc uxor habuit, quum testaretur maritus.

10. **IDEM libro XXIII. ad Sabinum.**—Haec conditio: «filiae meae, quum nupserit», talis est, ut, qui testatus est, impleri solummodo conditionem voluerit, non satis egerit (3), quando; et ideo, et si vivo testatore nupserit post testamentum factum, impleta conditio videtur, praesertim quum conditio haec talis est, ut semel impleri debeat. Sed enim non omnes coniunctiones implent conditionem, puta enim nondum nubilis aetatis in domum mariti deducta non paruit conditioni; sed etsi ei coniuncta sit, cuius nuptiis ei interdictum sit, idem dicemus. An tamen nubendo postea parere conditioni possit, quasi non nupserit, dubitari potest. Et si testator de primo nuptiali iugo sensit, puto defectam conditionem (4); benigne tamen dicendum est, nondum impletam conditionem; nec (5) defectam.

§ 1.—Si sic legatum sit: «si navis ex Asia venerit», et ignorante testatore navis venerit testamenti facti tempore, dicendum, pro impleta haberi. Et si cui sic legatum est: «quum pubes erit», simili modo hoc erit dicendum.

(1) necessitas, *la Vulg.*

(2) ut, *Hal.*

(3) non etiam satis exigi, *Hal.*

7. **ULPIANO; Comentariorum á Sabino, libro XVIII.**—La utilidad de la caución Muciana consiste en las condiciones que están concebidas para no hacer, como, por ejemplo: «si él no hubiere subido al Capitolio, si no hubiere manumitido á Stico», y en otras semejantes; y así les pareció á Aristón, á Neracio, y á Juliano; cuya opinión fué confirmada también por una Constitución del Divino Pio. Y no se determinó solamente respecto á los legados, sino que también en las herencias fué admitido el mismo remedio.

§ 1.—Por lo cual, si la mujer hubiere instituido así heredero de una parte á su marido, al que le habia prometido la dote: «si él no hubiere pedido ni exigido la dote, que le prometí», puede él hacerle saber á su coheredero, que está dispuesto á dar por recibida la dote, ó á dar caución, y así puede adir la herencia. Pero si el marido hubiera sido instituido heredero universal bajo esta condición, como no hay á quien dé caución, no se le impide que ada la herencia; porque de derecho se considera cumplida la condición, por esto, porque no hay á quien él mismo pueda demandar por la dote adiendo la herencia.

8. **POMPONIO; Comentariorum á Sabino, libro V.**—Si uno hubiere legado así: «mientras mi mujer viviere con mi hijo, dele tanto mi heredero», si ella por ocultarse del patrono se quitó de en medio, pero mantuviese su propósito de tener consigo á los hijos, dicen Trebacio y Labeón, que se le debe el legado, porque no se ha de exigir que esté con los hijos todos los momentos, sino si tuviera la intención y el propósito de no separar de sí misma el hijo, ó en ella no consista que el hijo no se eduque con ella.

9. **ULPIANO; Comentariorum á Sabino, libro XX.**—Solemos decir, que el que lega á su mujer para cuando tenga hijos, no se refirió á aquellos que ya tenia la mujer cuando testó el marido.

10. **EL MISMO; Comentariorum á Sabino, libro XXIII.**—Esta condición: «á mi hija, cuando se casare», es tal, que el que testó solamente quiso que se cumpliera la condición, sin haber expresado suficientemente cuándo; y por lo tanto, también si se hubiere casado en vida del testador después de hecho el testamento, se considera cumplida la condición, principalmente siendo esta condición tal, que se deba cumplir una sola vez. Pero no todas las uniones cumplen la condición, como, por ejemplo, la que no siendo todavía de edad núbil fué llevada á la casa del marido no cumplió la condición; pero lo mismo diremos, aunque se haya unido á aquel con quien le estén prohibidas las nupcias. Pero se puede dudar si casándose después podrá cumplir la condición, como si no se hubiere casado. Y si el testador se refirió al primer yugo nupcial, opino que se faltó á la condición; pero por benignidad se ha de decir, que todavía no se cumplió la condición, ni se faltó á ella.

§ 1.—Si se hubiera legado así: «si la nave hubiere venido de Asia», é ignorándolo el testador hubiere llegado la nave al tiempo de hacerse el testamento, se ha de decir, que se tiene por cumplida. Y si á alguien se le legó así: «cuando fuere púber», del mismo modo se habrá de decir esto.

(4) conditionem, *Hal. Vulg.*

(5) *Hal.*; nec, *omitela et códice Fl.*

11. PAULUS libro IV. ad Sabinum.—Si iam facta sint, quae conditionis loco ponuntur, et sciat testator, quae iterum fieri possunt, expectentur, ut fiant, si vero nesciat, praesenti (1) debeantur.

§ 1.—Item sciendum est, promiscuas condiciones post mortem impleri oportere, si in hoc fiant, ut testamento pareatur, veluti: «si Capitolium ascenderit», et similia, non promiscuas, etiam vivo testatore existere posse, veluti: «si Titius Consul factus fuerit».

12. ULPIANUS libro XXIV. ad Sabinum.—Si ita legatum sit: «quoniam filius maior ex arca mea decem sustulit, heres minor filius decem e medio sumito», debetur legatum, quia idcirco relictum est, ut conditio filiorum exaequaretur; et sane haec causa est, nam causa in praeteritum, poena in futurum confertur.

13. PAULUS libro V. ad Sabinum.—Si fundus alicui legatus fuerit, si pupillo vel furioso pecuniam dedisset, videtur explese conditionem, curatoris vel tutori dando.

14. POMPONIUS libro VIII. ad Sabinum.—«Titius, si statuas in municipio posuerit, heres esto»; si paratus est ponere, sed locus a municipibus ei non datur, Sabinus, Proculus, heredem eum fore, et in legato idem iuris esse dicunt.

15. ULPIANUS libro XXXV. ad Sabinum.—Cui fuerit sub hac conditione legatum: «si in familia nupsisset», videtur impleta conditio statim atque ducta est uxor, quamvis nondum in cubiculum mariti venerit; nuptias enim non concubitus, sed consensus facit.

16. CAIUS libro I. de testamentis ad Edictum Praetoris.—In his, quae extra testamentum incurrent, possunt res ex bono et aequo interpretationem capere. Ea vero, quae ex ipso testamento oriuntur (2), necesse est secundum scripti iuris rationem expediri.

17. IDEM libro II. de legatis ad Edictum Praetoris (3).—Demonstratio falsa est, veluti si ita scriptum sit: «Servum Stichum, quem de Titio emi; fundum Tusculanum, qui mihi a Seio donatus est»; nam si constat, de quo homine, de quo fundo senserit testator, ad rem non pertinet, si is, quem emisse significavit, donatus esset, aut, quem donatum sibi esse significaverat, emerit.

§ 1.—Igitur et si ita servus legatus sit: «Stichum coquum, Stichum sutorem Titio lego», licet neque coquus, neque sutor sit, ad legatarium pertinebit, si de eo sensisse testatorem conveniat; nam et si in persona legatarii designanda aliquid erratum fuerit, constat autem, cui legare voluerit, perinde

11. PAULO; Comentarios á Sabino, libro IV.—Si ya hubiera sido hecho lo que se pone por condición, y el testador lo supiera, espérese á que se haga lo que se puede hacer otra vez, y si no lo supiera, se debe desde luego.

§ 1.—También se ha de saber, que las condiciones de cualquier tiempo se deben cumplir después de la muerte, si se cumplieran para esto, para atenderse al testamento, por ejemplo: «si hubiere subido al Capitolio», y otras semejantes; y que las que no son de cualquier tiempo, se pueden cumplir aun viviendo el testador, como: «si Ticio hubiere sido hecho Cónsul».

12. ULPIANO; Comentarios á Sabino, libro XXIV.—Si se hubiera legado así: «puesto que mi hijo mayor tomó de mi caja la suma de diez, tome diez de la masa mi hijo menor heredero», se debe el legado, porque se dejó precisamente para igualar la condición de los hijos; y, á la verdad, esta es una causa, porque la causa se refiere á lo pasado, y la pena á lo futuro.

13. PAULO; Comentarios á Sabino, libro V.—Si á alguno se le hubiere legado un fundo, si le hubiese dado cierta cantidad á un pupilo, ó á un furioso, se considera que cumplió la condición, dándosela al tutor ó al curador.

14. POMPONIO; Comentarios á Sabino, libro VIII.—«Sea heredero Ticio, si hubiere puesto estatuas en el municipio»; si está dispuesto á ponerlas, pero no se le da sitio por los del municipio, dicen Sabino y Próculo, que él habrá de ser heredero, y que el mismo derecho hay respecto á un legado.

15. ULPIANO; Comentarios á Sabino, libro XXXV.—Si á una se le hubiere legado bajo esta condición: «si se hubiese casado en la familia», se considera cumplida la condición inmediatamente que fué tomada por mujer, aunque todavía no hubiere ido á la cámara del marido; porque no el concubito, sino el consentimiento, constituye las nupcias.

16. CAYO; Comentarios al Edicto del Pretor, libro I. de los testamentos.—En aquello que caiga fuera del testamento, las cosas pueden admitir interpretación según lo bueno y equitativo. Pero lo que neceria del mismo testamento es necesario que se ejecute conforme á la razón del derecho escrito.

17. EL MISMO; Comentarios al Edicto del Pretor, libro II. de los legados.—Es falsa la demostración, por ejemplo, si se hubiera escrito así: «el esclavo Stico, que compré á Ticio; el fundo Tusculano, que me fué donado por Seyo»; porque si consta de qué esclavo, de qué fundo haya entendido hablar el testador, no hace al caso si hubiese sido donado el que indicó haber comprado, ó si hubiere comprado el que había indicado que le había sido donado.

§ 1.—Así, pues, también si se hubiera legado así un esclavo: «lego á Ticio el cocinero Stico, el zapatero Stico», aunque no sea ni cocinero, ni zapatero, pertenecerá al legatario, si aparece que de él entendió hablar el testador; porque aunque se haya errado en algo al designar la persona del legatario,

(1) *de, insertan otros en Hal.*

(2) *La Vulg.; orerentur, el códice Fl.*

(3) *Taur. según la escritura original; urbani, inserta la corrección del códice Fl., Br.*

valet legatum, ac si nullus error interveniret.

§ 2.—Quod autem iuris est in falsa demonstratione, hoc vel magis est in falsa causa, veluti ita: «Titio fundum do, quia negotia mea curavit», item: «fundum Titius filius meus praecipito, quia frater eius ipse ex arca tot aureos sumsit»; licet enim frater huius pecuniam ex arca non sumsit, utile legatum est.

§ 3.—At si conditionaliter concepta sit causa, veluti hoc modo: «Titio, si negotia mea curavit, fundum do; Titius, filius meus, si frater eius centum ex arca sumsit, fundum praecipito», ita utile erit legatum, si et ille negotia curavit, et huius frater centum ex arca sumsit.

§ 4.—Quodsi cui in hoc legatum sit, ut ex eo aliquid faceret, veluti monumentum testatori, vel opus, aut epulum municipibus faceret, vel ex eo ut partem alii restitueret, sub modo legatum videtur.

18. *IDEM libro XVIII. ad Edictum provinciale.*—Is, cui sub conditione non faciendi aliquid relictum est, ei scilicet cavere debet Muciana cautione, ad quem iure civili deficiente conditione hoc legatum, eave hereditas pertinere potest.

19. *ULPIANUS libro V. Disputationum.*—In conditionibus primum locum voluntas defuncti obtinet, eaque regit condiciones; denique et in ea conditione: «si filia mea cum Titio nupta erit», placuit, non semper mortis tempus observari, sed voluntate patrocinante tardius produci.

§ 1.—Haec scriptura: «si Primus heres erit, damnas esto dare», pro conditione non est accipienda; magis enim demonstravit testator, quando legatum debeatur, quam conditionem inseruit, nisi forte hoc animo fuerat testator, ut faceret conditionem. Proinde nec illud dicendum erit facere conditionem: «quidquid mihi Ephesi oportet dari, hoc do lego». Sed si sic leget: «si Primus mihi heres non erit, damnas esto Secundus dare», et Primus heres extitit, legatum non debebitur; si Primus adierit cum Secundo, non extitisse conditionem, nequaquam ambigendum est.

§ 2.—Si patronus contra tabulas bonorum possessione accepta debitam portionem occupet, legata, quae sic data sunt: «si patrónus heres non erit», non debet coheres patroni praestare. (1)

§ 3.—Si a Primo ita legatum est: «si Secundus heres non erit, viginti Titio dato», simili modo a Secundo eidem Titio ita legatum est: «si Primus heres non erit», et ambo heredes extiterint, legati conditio deficiet; si alter heres extitit, alter heres non extitit, legatum debebitur.

20. (2) *MARCELLUS apud Iulianum libro XXVII. Digestorum notat.*—Non dubitamus, quin turpes

pero conste á quién le haya querido legar, es válido el legado lo mismo que si no mediase ningún error.

§ 2.—Mas el mismo derecho que hay respecto á la falsa demostración, existe con más razón en cuanto á una causa falsa, por ejemplo, en esta: «doy á Ticio un fundo, porque cuidó de mis negocios», y también: «tome de la masa mi hijo Ticio un fundo, porque su mismo hermano tomó de la caja tantos áureos»; porque aunque su hermano no haya tomado de la caja los tantos áureos, es válido el legado.

§ 3.—Pero si la causa estuviera concebida conditionalmente, por ejemplo, de este modo: «doy á Ticio un fundo, si cuidó de mis negocios; tome de la masa mi hijo Ticio un fundo, si su hermano tomó ciento de la caja», el legado será válido de este modo, si él cuidó de los negocios, y si su hermano tomó de la caja los ciento.

§ 4.—Mas si á uno se le hubiera hecho un legado para esto, para que con él hiciera alguna cosa, por ejemplo, un monumento al testador, ó una obra, ó para que diera un banquete á los individuos del municipio, ó para que de él restituyese parte á otro, se considera que se legó bajo modo.

18. *EL MISMO; Comentarios al Edicto provincial, libro XVIII.*—Aquel á quien se le dejó alguna cosa con la condición de no hacer, debe dar seguridad con la caución Muciana, por supuesto, á aquel á quien por derecho civil puede pertenecer este legado, ó esta herencia, faltando la condición.

19. *ULPIANO; Disputas, libro V.*—En las condiciones obtiene el primer lugar la voluntad del difunto, y ella regula las condiciones; por último, también en esta condición: «si mi hija se hubiere casado con Ticio», se determinó, que no se atiende siempre al tiempo de la muerte, sino que por apoyarlo la voluntad se proroga más el término.

§ 1.—Esta cláusula: «si Primo fuere heredero, esté condenado á dar», no ha de ser admitida como condición; porque más bien demostró el testador cuándo se deberá el legado, que no que insertó una condición, á no ser acaso que el testador haya tenido el designio de poner una condición. Por lo tanto, se habrá de decir que tampoco esto constituye una condición: «doy y lego todo lo que se me deba dar en Efeso». Pero si legara así: «si Primo no fuere mi heredero, esté Segundo condenado á dar», y Primo fué heredero, no se deberá el legado; si Primo hubiere adido la herencia con Segundo, de ningún modo se ha de dudar que no existió la condición.

§ 2.—Si el patrono, habiendo recibido la posesión de los bienes contra las tablas, ocupara la porción debida, el coheredero del patrono no debe pagar los legados, que se dieron así: «si el patrono no fuere heredero».

§ 3.—Si á cargo de Primo se legó así: «si Segundo no fuere heredero, dele veinte á Ticio», y de igual modo se le legó así al mismo Ticio á cargo de Segundo: «si Primo no fuere heredero», y ambos hubieren quedado siendo herederos, faltará la condición del legado; y si el uno fué heredero, y el otro no fué heredero, se deberá el legado.

20. *MARCELO nota en Juliano; Digesto, libro XXVII.*—No dudamos, que las condiciones torpes

(1) Todo este párrafo se considera añadido por antiguos copistas.

(2) Hal. une este fragmento al anterior.

conditiones remittendae sint (1), quo in numero plerumque sunt etiam iurisiurandi.

21. [20.] IULIANUS libro XXXI. Digestorum.—Multum interest, conditio facti, an iuris esset; nam huiusmodi conditiones: «si navis ex Asia venerit, si Titius Consul factus erit», quamvis impletæ essent, impediunt heredem circa adeundam hereditatem, quamdiu ignoraret, eas impletas esse. Quæ vero ex iure venient, in his nihil amplius exigendum, quam ut impletæ sint, veluti si quis se filium familias existimat, quum sit paterfamilias, poterit acquirere hereditatem; quare et ex parte heres scriptus, qui ignorat, an tabulae testamenti apertæ sint, adire hereditatem poterit.

22. [21.] IDEM libro XXXV. Digestorum.—Quoties sub conditione mulieri legatur, si non nupserit, et eiusdem fidei commissum sit, ut Titio restituat, si nubat, commode statuitur, et si nupserit, legatum eam petere posse, et non esse cogendam fideicommissum præstare.

23. [22.] IDEM libro XLIII. Digestorum.—Qui duobus heredibus decem dare iussus est, et fundum sibi habere, verius est, ut conditionem scindere non possit, ne etiam legatum scindatur. Igitur quamvis alteri quinque dederit, nullam partem fundi vindicabit, nisi alteri quoque adeunti hereditatem reliqua quinque numeraverit, aut illo omitente hereditatem ei, qui solus adierit hereditatem, tota decem dederit.

24. [23.] IDEM libro LV. Digestorum.—Iure civili receptum est, quoties per eum, cuius interest conditionem (2) impleri, fit, quominus impleatur, ut perinde habeatur, ac si impleta conditio fuisset; quod plerique et ad legata, et ad heredum institutiones perduxerunt. Quibus exemplis stipulationes quoque committi quidam recte putaverunt, quum per promissorem factum esset, quo minus stipulator conditioni pareret.

25. [24.] IDEM libro LXIX. Digestorum.—Quam vir uxori, quandoque liberos habeat, fundum legat, si mulier divortio facto liberos ex alio procreaverit, deinde soluto secundo matrimonio ad priorem maritum redierit, non intelligitur expleta conditio, quod testatorem verisimile non est de his liberis sensisse, qui se vivo ex alio suscepti fuissent.

26. [25.] IDEM libro LXXXII. Digestorum.—Haec scriptura: «si viginti dederit, aut iuraverit se aliquid facturum», unam conditionem exprimit habentem duas partes; quare, si quicumque heres scriptus erit sub conditione, si iuraverit, se decem daturum, aut monumentum facturum, quamvis verbis Edicti ad hereditatem vel legatum admittatur, tamen compellitur facere id, quod facturum se iurare iussus est, solo iureiurando remisso.

se han de dispensar, en cuyo número están muchas veces también las de juramento.

21. [20.] JULIANO; Digesto, libro XXXI.—Hay mucha diferencia entre que la condición sea de hecho, ó de derecho; porque las condiciones de este género: «si la nave hubiere venido de Asia, si Ticio hubiere sido hecho Cónsul», aunque hayan sido cumplidas, le impedirán al heredero adir la herencia, mientras ignore que se cumplieron. Pero en las que provinieren del derecho no se ha de exigir nada más sino que hayan sido cumplidas, por ejemplo, si alguno se cree que es hijo de familia, siendo padre de familia, podrá adquirir la herencia; por lo cual, también podrá adir la herencia el heredero instituido en una parte, que ignora si se abrieron las tablas del testamento.

22. [21.] EL MISMO; Digesto, libro XXXV.—Siempre que se le lega á una mujer bajo esta condición, si no se hubiere casado, y se encomendó á su fidelidad que restituya á Ticio, si ella se casara, se determina convenientemente, que aunque se hubiere casado puede pedir el legado, y que no ha de ser obligada á cumplir el fideicomiso.

23. [22.] EL MISMO; Digesto, libro XLIII.—Es más cierto que aquel á quien se le mandó que diea diez á dos herederos, y que tenga para sí un fundo, no puede dividir la condición, para que tampoco se divida el legado. Así, pues, aunque al uno le hubiere dado cinco, no reivindicará ninguna parte del fundo, si no hubiere entregado también al otro, que adiese la herencia, los cinco restantes, ó no hubiere dado, dejando aquel de aceptar la herencia, todos los diez al único que hubiere adido la herencia.

24. [23.] EL MISMO; Digesto, libro LV.—Está admitido en derecho civil, que siempre que por aquel, á quien le interesa que se cumpla la condición, se hace que no se cumpla, se considere lo mismo que si se hubiese cumplido la condición; lo que extendieron los más también á los legados, y á las instituciones de herederos. Con cuyos ejemplos opinaron con razón algunos, que también se incurria en las estipulaciones, cuando por el que prometía se hubiese hecho de modo que el que estipulaba no cumpliera la condición.

25. [24.] EL MISMO; Digesto, libro LXIX.—Cuando el marido lega un fundo á su mujer, cuando quiera que tuviere hijos, si la mujer habiéndose divorciado hubiere procreado hijos de otro, y después, disuelto el segundo matrimonio, hubiere vuelto á su primer marido, no se entiende cumplida la condición, porque no es verosímil que el testador haya entendido hablar de estos hijos, que viviendo él se hubiesen tenido de otro.

26. [25.] EL MISMO; Digesto, libro LXXXII.—Esta cláusula: «si hubiere dado veinte, ó jurado que hará alguna cosa», expresa una condición que tiene dos partes; por lo cual, si un heredero cualquiera hubiere sido instituido bajo esta condición, si hubiere jurado que dará diez, ó que hará un monumento, aunque por las palabras del Edicto sea admitido á la herencia ó al legado, es, sin embargo, compelido á hacer lo que se le mandó que jurase que haría, remitiéndose solo el juramento.

(1) Hal. Vulg.; sunt, el códice Fl.

(2) non, inserta Hal.

§ 1.—Quum eadem res alteri pure, alteri sub conditione legatur, aut quum alter pure, alter sub conditione heres scriptus est, pars legati vel hereditatis deficiente conditione accrescit etiam heredi eius, cui pure legatum vel hereditas data est, si tamen hereditas eius adita fuerit.

27. [26.] ALFENUS VARUS *libro V. Digestorum*.—In testamento quidam scripserat, ut sibi monumentum ad exemplum eius, quod in via Salaria esset Publii Septimii Demetrii, fieret, nisi factum esset, heredes magna pecunia multari (1); et quum id monumentum Publii Septimii Demetrii nullum reperiebatur, sed Publii Septimii Damae erat, ad quod exemplum suspicabatur (2), eum, qui testamentum fecerat, monumentum sibi fieri voluisse, quaerebant heredes, cuiusmodi monumentum se facere oporteret, et si ob eam rem nullum monumentum fecissent, quia non reperirent, ad quod exemplum facerent, num poena tenerentur. Respondit, si intelligeretur, quod monumentum demonstrare voluisset is, qui testamentum fecisset, tametsi in scriptura non tam (3) esset, tamen ad id, quod ille se demonstrare animo sensisset, fieri debere; sin autem voluntas eius ignoraretur, poenam quidem nullam vim habere, quoniam ad quod exemplum fieri iussisset, id nusquam extaret; monumentum tamen omnimodo secundum substantiam et dignitatem defuncti exstruere debere.

28. [27.] PAULUS *libro II. Epitomarum* (4) *Atfeni Digestorum*.—Filiae suae ita quis legavit: «si Attia, filia mea, arbitrato Lucii Titii nupserit, ei tot heres meus dato»; Titio ante testatorem mortuo Attia nupserat; quaerebatur, an legatum ei deberetur. Respondit, deberi.

§ 1.—«Attia (5), uxor mea, optato Philargyrum puerum, Agatheam ancillam, qui mei erunt, quum moriar»; is, qui testamentum fecit, Agatheam, quam testamenti tempore habuit, vendidit, et postea ancillas emit; ex his uni Agatheae nomen imposuit; quaesitum est, an haec legata videretur. Respondit, legatam videri.

29. [28.] IULIANUS *libro I. ad Urseium Ferozem*.—Haec conditio: «si in Capitolium ascenderit», sic recipienda est, si quum primum potuerit Capitolium ascendere.

30. [29.] IDEM *libro I. ex Minicio*.—Si separatim mihi totus fundus pure, tibi sub conditione legatus fuerit, et tu decesseris, antequam conditio extiterit, non habeo necessitatem implere conditionem, utpote quum, etiam si conditio defecerit, pars, quam vindicaturus, mihi accrescat.

31. [30.] AFRICANUS *libro II. Quaestionum*.—In testamento ita erat scriptum: «Súchus et Pam-

§ 1.—Cuando la misma cosa es legada á uno puramente, y á otro bajo condición, ó cuando uno fué instituido heredero puramente, y otro bajo condición, faltando la condición, la parte del legado ó de la herencia acrece también al heredero de aquel á quien se le dió puramente el legado ó la herencia, si no obstante hubiere sido adida la herencia del mismo.

27. [26.] ALFENO VARO; *Digesto, libro V.*—Uno había escrito en su testamento, que se le hiciera un monumento á semejanza del que fuese de Publio Septimio Demetrio en la via Salaria, y que si no se le hubiese hecho, fueran multados los herederos en una gran cantidad; y como no se encontraba ningún monumento de Publio Septimio Severo, pero lo había de Publio Septimio Dama, á cuya semejanza se sospechaba que quiso el que había hecho el testamento que se le hiciera el monumento, preguntaban los herederos, de qué modo deberían hacer ellos el monumento, y si quedarían sujetos á la pena, si no hubiesen hecho ningún monumento por esta razón, porque no hallaron modelo para hacerlo. Respondió, que si se entendiese qué monumento hubiese querido indicar el que hubiese hecho el testamento, aunque no estuviera expresado en la escritura, debe hacerse, sin embargo, como aquel que él hubiese entendido indicar con su intención; pero que si fuese ignorada su voluntad, no tenía ciertamente ninguna fuerza la pena, porque nunca se sabría á semejanza de cual había mandado que se hiciera; pero que de todos modos debían levantar un monumento con arreglo á la riqueza y á la voluntad del difunto.

28. [27.] PAULO; *Epítome del Digesto de Alfenio, libro II.*—Uno legó así á su hija: «si Atcia, mi hija, se casare á arbitrio de Lucio Ticio, dele tanto mi heredero»; Atcia se había casado habiendo muerto Ticio antes que el testador; se preguntaba, si se le debería el legado. Respondió, que se le debía.

§ 1.—«Opte Atcia, mi mujer, por el joven Filargiro, ó por la esclava Agatea, que fueren míos, cuando yo muera»; el que hizo el testamento vendió á Agatea, á quien tenía al tiempo del testamento, y después compró esclavas; á una de éstas le puso el nombre de Agatea; se preguntó, si se consideraría que ésta fué legada. Respondió, que se consideraba legada.

29. [28.] JULIANO; *Comentarios á Urseyo Feroz, libro I.*—Esta condición: «si él hubiere subido al Capitolio»; ha de ser entendida así, si luego que hubiere podido subir al Capitolio.

30. [29.] EL MISMO; *Doctrina de Minicio, libro I.*—Si por separado se me hubiese legado puramente todo el fundo, y á tí bajo condición, y tú hubieres fallecido antes que se hubiere cumplido la condición, no tendré necesidad de cumplir la condición, como quiera que también si hubiere faltado la condición me acrece la parte que tu habías de reivindicar.

31. [30.] AFRICANO; *Cuestiones, libro II.*—Se había escrito así en un testamento: «sean libres

(1) Según nuestra enmienda; multare, el código Fl.; multarentur, acertadamente Hal. Vulg.

(2) suspicabantur, acertadamente Hal.

(3) Según conjetura Bynkershoek (Obs. V. 25.); non tum, Taur. según corrección del código Fl.; mendum, por

non tam, conjetura Br. según la escritura original, que dice montum.

(4) Taur. según la escritura original; iuris, inserta la corrección del código Fl., Br.

(5) Titia, Hal.

phila liberi sunt, et si in matrimonium coierint, heres meus his centum dare damnas esto; Stichus ante apertas tabulas decessit; respondit, partem Stichi defectam esse; sed et Pamphilam defectam conditione videri, ideoque partem eius apud heredem remansuram. Sed etsi uterque viveret, et Stichus nollet eam uxorem ducere, quum mulier parata esset nubere, illi quidem legatum debetur, Stichi autem portio inutilis fiebat. Nam quum uni ita legatum sit: «Titio, si Seiam uxorem duxerit, heres meus centum dato», si quidem Seia moriatur, defectus conditione intelligitur; at si ipse decedat, nihil ad heredem suum eum transmittere, quia morte eius conditio defecisse intelligitur; utroque autem vivente, si quidem ipse nolit uxorem ducere, quia ipsius factio conditio deficit, nihil ex legato consequitur; muliere autem nolente nubere, quum ipse paratus esset, legatum ei debetur.

32. [31.] IDEM libro IX. *Quaestionum*.—Quamvis rationes reddere nihil aliud sit, quam reliqua solvere, tamen si et statuliberi, et heredis culpa, sine fraude tamen servi, minus solutum sit, et bona fide redditas esse rationes existimatum fuerit, liberum fore; et nisi ita observetur, neminem, qui sub conditione ita manumissus esset, unquam ad libertatem perventurum, si per imprudentiam minus solutum esset. Haec ita accipienda ait, si quando is, qui rationes reddere iussus sit, per aliquem errorem sine dolo malo ita rationes ediderit, ut dominus quoque circa computationem erraret.

33. [32.] MARCIANUS (1) libro VI. *Institutio-num*.—Falsa demonstratio neque legatario, neque fideicommissario nocet, neque heredi instituto, veluti si fratrem dixerit, vel sororem, vel nepotem, vel quodlibet aliud; et hoc ita iuris civilis ratione et Constitutionibus Divorum Severi et Antonini cautum est.

§ 1.—Sed si controversia sit de nomine inter plures, qui probaverit, sensisse de se defunctum, ille admittetur.

§ 2.—Sed si cui quasi liberto, id est inter libertos, legatum fuerit, non idcirco legatum amittit, quia postea annulos ab Imperatore acceperit; nam honor eius auctus est, non conditio mutata; et ita Divi Severus et Antoninus rescripserunt.

§ 3.—Si quis legaverit rem ita, si mortis tempore eius erit, nec tunc eius invenitur, nec aestimatio eius legari videbitur.

§ 4.—Quid ergo, si quis ita scripserit: «Stichum et Pamphilum Titio do lego, si mei erunt, quum moriar», et unum ex his alienaverit, an vel alter possit a legatario vindicari? Placet, vindicari; nam hunc sermonem, licet pluralis sit, pro eo oportet accipi, atque si separatim dixisset: «Stichum, si meus erit, quum moriar» (2).

34. [33.] FLORENTINUS libro XI. *Institutio-*

(1) Paulus, *Hal. Vulg.*

Stico y Pánfila, y si se hubieren unido en matrimonio, esté mi heredero condenado á darles ciento»; Stico falleció antes de haberse abierto las tablas; respondió, que faltó la parte de Stico; pero que se consideraba que también Pánfila faltó á la condición, y que por lo tanto su parte habrá de quedar en poder del heredero. Pero aunque ambos viviesen, y Stico no quisiera tomarla por mujer, estando dispuesta la mujer á casarse, se le debería á ella ciertamente el legado, pero se inutilizaba la porción de Stico. Porque cuando á uno solo se le hubiera legado así: «dele mi heredero ciento á Ticio, si hubiere tomado por mujer á Seya», si verdaderamente muriese Seya, se entiende que faltó él á la condición; pero si él mismo falleciera, no transmite nada á su heredero, porque se entiende que con su muerte faltó la condición; mas viviendo ambos, si él no quisiera ciertamente tomarla por mujer, como quiera que falta la condición por hecho de él, no consigue nada del legado; pero no queriendo casarse la mujer, estando él dispuesto, se le debe el legado.

32. [31.] EL MISMO; *Cuestiones, libro IX*.—Aunque dar cuentas no sea nada más que entregar los remanentes, sin embargo, si por culpa del manumitido en testamento bajo condición, y del heredero, pero sin fraude del esclavo, se hubiere entregado menos, y se hubiere estimado que las cuentas fueron dadas de buena fué, habrá de ser libre; y si así no se observase, nadie, que de tal manera hubiese sido manumitido bajo condición, llegaría nunca á la libertad, si por impericia se hubiese entregado menos. Y dice que esto se ha de entender así, cuando aquél, á quien se le hubiese mandado rendir cuentas, hubiere por algún error presentado sin dolo malo las cuentas de tal modo, que también el señor errase en el cómputo.

33. [32.] MARCIANO; *Instituta, libro VI*.—La falsa demostración no perjudica ni al legatario, ni al fideicomisario, ni al heredero instituido, por ejemplo, si hubiere dicho hermano, ó hermana, ó nieto, ú otra cosa cualquiera; y esto se dispuso así por razón del derecho civil y por Constituciones de los Divinos Severo y Antonino.

§ 1.—Pero si sobre el nombre hubiera controversia entre muchos, será admitido el que hubiere probado que el difunto entendió referirse á él.

§ 2.—Pero si á uno se le hubiere legado como á liberto, esto es, entre los libertos, no pierde el legado porque después hubiere recibido del Emperador los anillos; porque se aumentó su honor, pero no se cambió su condición; y así respondieron por rescripto los Divinos Severo y Antonino.

§ 3.—Si alguno hubiere legado una casa de este modo, si fuere suya al tiempo de la muerte, y entonces no se encuentra que sea de él, no se considerará que se lega ni la estimación de la misma.

§ 4.—¿Qué se dirá, pues, si uno hubiere escrito así: «doy y lego Stico y Pánfilo á Ticio, si fueren míos, cuando yo muera», y hubiere enajenado á uno de éstos podrá ser el otro reivindicado por el legatario? Está determinado que lo reivindique; porque esta frase, aunque sea plural, debe entenderse lo mismo que si por separado hubiese dicho: «Stico, si fuere mio, cuando yo muera».

34. [33.] FLORENTINO; *Instituta, libro XI*.—

(2) Pamphilum, si meus erit, quum moriar. añaden *Hal. Vulg.*

num.—Nominatim alicui legatur ita: «Lucio Ticio»; an per demonstrationem corporis, vel artificii, vel officii, vel necessitudinis, vel affinitatis, nihil interest; nam demonstratio plerumque vice nominis fungitur, nec interest, falsa, an vera sit, si certum sit, quem testator demonstraverit.

§ 1.—Inter demonstrationem et conditionem hoc interest, quod demonstratio plerumque factam rem ostendit, conditio futuram.

35. [34.] POMPONIUS libro singulari Regularum.—Levissima libertatis conditio ea intelligenda est, quae ad libertatem perducit, quamvis natura gravior et durior sit.

36. [35.] MARCELLUS libro singulari Responsorum.—Publius Maevius testamento suo ita cavuit: «quisquis mihi heres heredesve erunt, do lego, fideique eorum committo, uti dent Caio Seio, sororis meae filio, in honorem Consulatus quadringenta»; vivo Maevio Seius Consul designatus est, et munus edidit; deinde ex kalendis Ianuariis consulatum ingressus est, atque ita Maevius decessit; quaero, an quadringenta Seio debeantur. Marcellus respondit, deberi.

§ 1.—Titia codicillis de praediis, quae testamento Septiciae reliquerat, ita cavuit: «a te peto, Septicia, ut filio meo, quum annorum sedecim esset (1), eadem praedia restitueres (2); quodsi filius meus sedecim annos non impleverit, peto, uti reddas ea restituas Publio Maevio et Caio Cornelio»; quaero, quum Septicia decesserit, deinde filius quintumdecimum annum agens defunctus sit, an repraesentetur fideicommissum quintodecimo anno impleto, et heredes Septiciae restituere id Publio Maevio et Caio Cornelio debeant. Marcellus respondit, Septiciam ius, quod in his praediis habuisset, heredi suo reliquisse; etenim videri contra voluntatem testatrix (3) repraesentationem fideicommissi desiderari, ut amplius ad substitutos perveniat, quam ad puerum pervenire vel a Septicia, vel ab heredibus potuisset; et verba quidem videntur repraesentare fideicommissum. Sed non est verisimile, ut maturius voluerit testatrix ad substitutos id transferre. Nec quidquam mutat, quod Septicia ante decessit, nam etsi puer viveret, non prius Septiciae heredes, quam Septicia possent conveniri.

37. [36.] PAULUS libro singulari ad legem Fufiam (4) Caniniam.—Si quis eum, quem ipse manumittere non poterat, legaverit ita, ut eum legatarius manumitteret, etsi a legato non repellatur, non est compellendus, ut manumittat, quoniam toties secundum voluntatem testatoris facere compellitur, quoties contra legem nihil sit futurum; idque Neratius scripsit; et tamen a legato non esse eum repellendum, quoniam magis legatarium aliquod (5) commodum testator in hoc servo, quam heredem habere voluisset.

38. [37.] IDEM libro singulari de iure codicillo-

(1) erit, *Hal. Vulg.*
 (2) restituas, *Hal. Vulg.*
 (3) testatoris, *Hal.*

Nominalmente se le lega á uno así: «á Lucio Ticio»; y nada importa que se legue mediante la designación del cuerpo, ó del arte, ó del oficio, ó del parentesco, ó de la afinidad; porque la designación hace de ordinario las veces del nombre, y no importa que sea falsa ó verdadera, si fuese cierto aquel á quien el testador hubiere designado.

§ 1.—Entre la demostración y la condición hay esta diferencia, que la demostración designa por lo general una cosa hecha, y la condición una cosa futura.

35. [34.] POMPONIO; Reglas, libro único.—Se ha de entender más favorable para la libertad la condición que lleva á la libertad, aunque por su naturaleza sea más gravosa y más dura.

36. [35.] MARCELO; Respuestas, libro único.—Publio Mevio dispuso así en su testamento: «cualquiera ó cualesquiera que fueren mi heredero ó mis herederos, doy y lego, y encomiendo á su fidelidad, para que le den á Cayo Seyo, hijo de mi hermana, cuarenta para honor del Consulado»; Seyo fué designado Cónsul viviendo Mevio, y dió espectáculos; después ingresó en el Consulado desde las Calendas de Enero, y entonces falleció Mevio; pregunto, si se deberán á Seyo los cuarenta. Marcelo respondió, que se le debían.

§ 1.—Ticia dispuso así en codicilos, respecto á unos predios que habia dejado á Septicia en el testamento: «te pido, Septicia, que restituyas estos mismos predios á mi hijo, cuando sea de dieciseis años; pero si mi hijo no cumpliere los dieciseis años, te pido que los devuelvas y restituyas á Publio Mevio y á Cayo Cornelio»; pregunto, si, habiendo fallecido Septicia, y habiendo muerto después el hijo teniendo quince años, si anticiparía el fideicomiso cumplidos los quince años, y si deberán restituírsele á Publio Mevio y á Cayo Cornelio los herederos de Septicia. Marcelo respondió, que Septicia dejó á su heredero el derecho que en aquellos predios hubiese tenido; porque se consideraba contra la voluntad de la testadora, que se pretendiese el pago anticipado del fideicomiso, de modo que vaya á los substitutos más de lo que por Septicia ó por los herederos hubiese podido ir al menor; y verdaderamente las palabras parecen anticipar el fideicomiso. Pero no es verosímil que la testadora hubiere querido transferírsele más pronto á los substitutos. Y en nada altera esto, que Septicia haya fallecido antes, porque aunque viviese el menor, no podrían ser demandados los herederos de Septicia antes de lo que podría haberlo sido Septicia.

37. [36.] PAULO; Comentarios á la ley Fufia Caninia, libro único.—Si al que uno no podía manumitir por sí lo hubiere legado para que el legatario lo manumitiese, aunque no sea repelido del legado, no ha de ser compelido á manumitirlo, porque uno es compelido á hacer conforme á la voluntad del testador, siempre y cuando no se haya de hacer nada contra la ley; y así lo escribió Neracio; y que, sin embargo, no ha de ser él repelido del legado, porque más bien quiso el testador que el legatario tuviese alguna utilidad con este esclavo, que no el heredero.

38. [37.] EL MISMO; Del derecho de los codici-

(4) Según enmienda Br.; Fufiam, el código Fl.
 (5) Hal. Vulg.; aliquid, el código Fl.

rum.—Si ita scripsero: «quantum codicillis Titio legavero», licet codicillis legatum explicetur, tamen ex testamento valet, solaque quantitas in codicillo (1) delata est; nam et apud veteres legata talia fuere: «quantum ei per epistolam scripsero, quantum ex illa actione detraxero, heres dato».

39. [38.] JAVOLENUS libro I. ex Posterioribus Labeonis.—Quae conditio ad genus personarum, non ad certas et notas personas pertineat, eam existimamus totius esse testamenti, et ad omnes heredes institutos pertinere; at quae conditio ad certas personas accomodata fuerit, eam referre debemus ad eum duntaxat gradum, quo hae personae institutae fuerunt.

§ 1.—Quum ita in testamento scriptum erat: «ut aliquid in foro fiat», neque adscriptum erat, in quo foro, Labeo ait, si non appareat, quid mortuus senserit, in eius municipii foro faciendum, in quo is, qui testamentum fecerit, domicilium habuerit; quam sententiam ego quoque probo.

40. [39.] IDEM libro II. ex Posterioribus Labeonis.—Quibus diebus vicinus tuus te via publica, quum ad parendum conditioni ire velles, ire prohibuerit, nec per te staret, quominus agendo ob calumnias eum summoveas, hi dies conditioni non imputabuntur.

§ 1.—Quidam ita legaverat: «si Publius Cornelius impensam, quam in fundum Seianum feci, heredi meo dederit, tum heres meus Publio Cornelio fundum Seianum dato»; Cascellius aiebat, etiam pretium fundi dari debere. Ofilius impensae verbo negat pretium significari, sed eos duntaxat sumtus, quos in eum, posteaquam emtus esset, fecit. Idem Cinna scribit, adiecto eo, quod non deductis fructibus impensarum ratio haberi debeat (2); et hoc magis verum puto.

§ 2.—Quidam Titio centum legaverat, deinde infra ita iusserat: «quas pecunias cuique legavi, eas heres meus, si mater mea moritur, dato»; mortuo patrefamilias Titius vixerat, et viva matrefamilias decesserat. Mortua matre heredibus Titii legatum deberi Ofilius respondit, quoniam non sub conditione esset legatum, sed ante legatum pure, deinde dies solvendi adiecta. Videamus, inquit Labeo, ne id falsum sit, quia nihil intersit, utrum ita scribatur: «quas pecunias cuique legavi, eas heres meus, si mater mea moritur, dato», an ita: «nisi mater mea moritur, ne dato»; utrobique enim sub conditione vel datum, vel ademptum esse legatum. Labeonis responsum probo.

§ 3.—Dominus servo aureos quinque sic legaverat: «heres meus Sticho, servo meo, quem testamento liberum esse iussi, aureos quinque, quos in tabulis debeo, dato»; nihil servo legatum esse, Namusa Servium respondisse scribit, quia dominus servo nihil debere potuisset. Ego puto, secundum mentem testatoris naturale magis, quam civile debitum spectandum esse; et eo iure utimur.

(1) valet sola quantitas, quae in codicillos, Hal.

los, libro único.—Si yo hubiere escrito así: «cuanto en codicilos yo hubiere legado á Ticio», aunque en los codicilos se explique el legado, es válido, sin embargo, en virtud del testamento, y solo la cantidad fué comprendida (en el codicilo); porque también entre los antiguos hubo legados como estos: «dé el heredero cuanto yo le escribiere en carta, cuanto yo sacare de aquella acción».

39. [38.] JAVOLENO; *Doctrina de las Obras póstumas de Labeón, libro I.*—La condición que pertenezca á un género de personas, no á personas ciertas y conocidas, estimamos que es de todo el testamento, y que pertenece á todos los herederos constituidos; pero la condición que hubiere sido aplicada á ciertas personas, debemos referirla solamente á aquel grado en que estas personas fueron instituidas.

§ 1.—Habiéndose escrito así en un testamento: «para que se haga alguna cosa en el foro», y no habiéndose añadido en qué foro, dice Labeón, que si no apareciera á cual haya entendido referirse el difunto, se ha de hacer en el foro de aquel municipio en que haya tenido su domicilio el que hubiere hecho el testamento; cuya opinión también yo la apruebo.

40. [39.] EL MISMO; *Doctrina de las Obras póstumas de Labeón, libro II.*—Los días durante los que tu vecino te hubiere impedido la vía pública, cuando tú quisieras ir á cumplir la condición, y en tí no consistiese no repelerlo ejercitando la acción de calumnias, no se computarán para la condición.

§ 1.—Uno había legado así: «si Publio Cornelio hubiere dado á mi heredero las impensas que hice en este fundo Seyano, en este caso dele mi heredero á Publio Cornelio el fundo Seyano»; decía Cascelio, que también se debía dar el precio del fundo. Ofilio niega que con la palabra impensas se signifique el precio, sino solamente aquellos gastos que hizo en él después que lo compró. Lo mismo escribe Cinna, añadiendo, que se debe tener cuenta de las impensas sin haberse deducido los frutos; y opino que esto es más verdadero.

§ 2.—Uno le había legado ciento á Ticio, y después había dispuesto así á continuación: «dé mi heredero las cantidades que á cada cual legué, si muere mi madre»; Ticio había vivido después de haber muerto el padre de familia, y había fallecido viviendo la madre de familia. Ofilio respondió, que, muerta la madre, se les debe á los herederos de Ticio el legado, porque no se legó bajo condición, sino que primero se legó puramente, y después se añadió el día para pagar. Veamos, dice Labeón, si esto es falso, porque nada importe que se escriba así: «dé mi heredero las cantidades que á cada cual legué, si muere mi madre», ó de este modo: «no las dé, si no muere mi madre»; porque en ambos casos ó se dió, ó se quitó, el legado bajo condición. Apruebo la respuesta de Labeón.

§ 3.—Un señor había legado cinco aureos á su esclavo: «dele mi heredero á Stico, mi esclavo, que dispuse en el testamento que fuese libre, los cinco aureos que en mis libros le debo»; escribe Namusa que respondió Servio, que nada se le legó al esclavo, porque el señor no habría podido deberle nada al esclavo. Yo opino, que, conforme á la intención del testador, se ha de atender más bien á una deuda natural, que á una civil; y este derecho observamos.

(2) *Taur.* según corrección del código Fl.; deberat, la escritura original, Br.

§ 4.—Qui dotalem fundum nullum habebat, ita legaverat: «fundum Cornelianum, quem illa mihi doti dedit, ei heres dato»; Labeo, Ofilius, Trebatius responderunt, fundum nihilominus legatum esse, quia, quum fundus Cornelianus in rerum natura sit, demonstratio falsa legatum non perimit.

§ 5.—Thermus (1) Minor, quorum arbitratu monumentum sibi fieri vellet, testamento scripserat, deinde ita legaverat: «Luciis, Publiis, Corneliis ad monumentum meum aedificandum mille heres meus dato»; Trebatius respondit, pro eo habendum, ac si ita legatum esset, si satisdedissent, se ita id monumentum ex ea pecunia facturos. Labeo Trebatii sententiam probat, quia haec mens testantis fuisset, ut ea pecunia in monumentum consumeretur; idem et ego, et Proculus probamus.

41. [40.] ULPIANUS (2) libro XXXIV. ad Edictum.—Legata sub conditione relicta non statim, sed quum conditio extiterit, deberi incipiunt; ideoque interim delegari (3) non potuerunt.

42. [41.] AFRICANUS libro II. Quaestionum.—Filiofamilias legatum est sub hac conditione, si in potestate patris mansisset; magis patri legatum videri ait, et patrem suo nomine legatum petere. Idem iuris esse, et si servo similiter legetur. Argumentum rei est, quod, etsi cibaria servis Titii legentur, procul dubio domini est, non servorum legatum.

43. [42.] PAULUS libro VIII. ad Plautium.—Plautius: rogatus est heres a liberto testatore, ut perceptis sibi decem totam hereditatem venderet (4); postea patronus defuncti bonorum possessionem contra tabulas petierat, et partem hereditatis, quae debebatur, abstulerat; Proculus, Cassius, fideicommissarium pro rata, quod solvit, repetere debere aiunt. Paulus: hoc iure utimur, nam quemadmodum praestatione fideicommissorum et legatorum heres exoneratur per Praetorem, ita etiam ipse partem consequi debet.

§ 1.—Diversum est, si Falcidia interveniat, et minuat legatum; nam his casibus nihil repetetur, quia in solidum conditioni paratur.

§ 2.—Item scinditur ius dandi, si is, cui legatum est, non potest partem hereditatis sibi relictam totam capere; nam verius est, partem eum praestare debere, partem illos, qui auferunt ab eo, quod plus relictum est, quam a lege conceditur.

§ 3.—Neracius libro primo Responsorum scribit, ex duobus scriptis heredibus si unus rogatus sit tibi hereditatem restituere, tu Titio certam summam dare, et beneficio legis Falcidiae in restituendo heres utatur, quanto minus tibi praestiterit, tanto minus te Titio praestare non esse iniquum.

44. [43.] IDEM libro IX. ad Plautium.—Qui

§ 4.—Uno, que no tenía ningún fundo dotal, había legado así: «dele mi heredero el fundo Corneliano, que ella me dió en dote»; Labeón, Ofilio y Trebacio respondieron, que, esto no obstante, fué legado el fundo, porque existiendo realmente el fundo Corneliano, la falsa designación no invalida el legado.

§ 5.—Termo, el Menor, había consignado en su testamento las personas á cuyo arbitrio queria que se le hiciese un monumento, y después había legado así: «deles mi heredero á los Lucios, Publios, y Cornelios la cantidad de mil para edificar mi monumento»; Trebacio respondió, que esto ha de ser considerado lo mismo que si se hubiese legado así, si hubiesen dado fianza de que con este dinero harán ellos así el monumento. Labeón aprueba la opinión de Trebacio, porque esta fué la intención del testador, que este dinero se gastase para el monumento; lo mismo aprobamos yo y Próculo.

41. [40.] ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro XXXIV.*—Los legados dejados bajo condición no se empiezan á deber inmediatamente, sino cuando se hubiere cumplido la condición; y por lo tanto, no se podrán delegar mientras tanto.

42. [41.] AFRICANO; *Cuestiones, libro II.*—Se le legó á un hijo de familia bajo esta condición, si hubiese permanecido bajo la potestad de su padre; dice, que más bien parece que se le legó al padre, y que el padre pide el legado en su propio nombre. Y que el mismo derecho hay, también si del mismo modo se le legara á un esclavo. Es prueba de esto, que aunque se leguen los alimentos á los esclavos de Ticio, sin duda alguna el legado es del señor, no de los esclavos.

43. [42.] PAULO; *Comentarios á Plaucio, libro VIII.*—Dice Plaucio: á un heredero se le rogó por un testador liberto, que percibiendo diez para si revendiese toda la herencia; después el patrono del difunto había pedido contra las tablas la posesión de los bienes, y había tomado la parte de herencia, que se le debía; Próculo y Cassio dicen, que el fideicomisario debe repetir á prorata lo que pagó. Y dice Paulo: observamos este derecho, porque así como con la entrega de los fideicomisos y de los legados el heredero es descargado por el Pretor, así también debe él conseguir su parte.

§ 1.—Diversa cosa es si mediara la Falcidia, y disminuyera el legado; porque en estos casos no se repetirá nada, porque se cumple por completo con la condición.

§ 2.—Asimismo, se divide el derecho de dar, si aquel á quien se hizo un legado no puede adquirir toda la parte de herencia que se le dejó; porque es más verdadero, que él debe entregar una parte, y otra parte aquellos que le quitan lo que se le dejó sobre lo que se concede por la ley.

§ 3.—Escribe Neracio en el libro primero de las Respuestas, que si de dos herederos instituidos se le hubiera rogado á uno que te restituya la herencia, y á ti que le des á Ticio cierta suma, y el heredero usase al restituirla del beneficio de la ley Falcidia, no es injusto que cuanto menos te hubiere dado, tanto menos le des tú á Ticio.

44. [43.] EL MISMO; *Comentarios á Plaucio,*

(1) Thermus, *Hal.*
(2) Idem, *Hal.*
(3) legari, *Hal. Vulg.*

(4) ei venderet. *Hal.*; rependeret, *acertadamente conjetura Bynkershoek (Obs. VII. 25.)*

heredi dare iussus est servo alieno instituto, non domino dare debet; nam et si alio herede instituto iussus est servo Titii dare, ipso servo datur, quia quae facti sunt, non transeunt ad dominum, quem admodum si mihi aut servo Titii stipulatus sim, non Titio, sed servo eius dari potest; et haec vera sunt.

§ 1.—Sed quum heredi dare iussus est, videamus, ne domino dandum sit; et consequens est, et hic servo dari.

§ 2.—Certe statuliber, quin domino dare debeat, non est dubium.

§ 3.—Contra, qui domino debet dare, non implet conditionem dando servo eius, nisi si dominus consenserit; nemo enim in tali specie conditionem, nesciente me vel nolente, implere potest.

§ 4.—Quum hereditas ex Trebelliano Senatusconsulto restituta est, heredi dandum est, ut impleatur conditio, nec hoc restituendum est ex causa fideicommissi.

§ 5.—Sed quum suspectam adiit et restituit, dubitabatur (1), an ei auferendum sit; et benignius est, et in hoc casu nihil ei auferri.

§ 6.—Si autem me herede instituto controversia mihi fiet hereditatis, si cavet legatarius, evicta hereditate reddi legatum, et ipsi cavendum est, reddi, quod dedit.

§ 7.—Sed si iussus sis mihi decem dare, et accipere hereditatem ex Senatusconsulto, decem tibi ex causa fideicommissi non restituum.

§ 8.—Si duorum servo legatum sit sub conditione dandi, non posse per partes conditioni pareri quidam aiunt, sed semel dandam pecuniam; sed ego contra puto.

§ 9.—Si pars rei legatae usucapta sit, an in solidum parendum sit, dubito; et potest dici, pro parte parendum ex sententia testatoris.

§ 10.—Plautius: uni ex heredibus fundum legavi, si centum heredibus dedisset; deducet suam partem hereditariam, et reliquam summam heredibus pro portione eorum dabit. At si heres ex parte ita institutus esset, si heredibus decem dedisset, non aliter esset heres, quam si tota decem coheredibus dedisset, quia non ante ad hereditatem admitteretur, quam si omnem summam dedisset; nam quum et servus testamento liber, et ex parte heres ita scriptus esset, si heredibus decem dedisset, constitit (2), non aliter eum liberum heredemque futurum, quam si tota decem coheredibus dedisset. Paulus: hoc iure utimur.

45. [44.] IDEM libro XVI. ad Plautium.—Iulianus ait, si heredi legatarius, cui sub conditione legatum erat: «si heredi decem dederit», id, quod ei deberet, (3) heres accepto tulisset, non quidem videri conditioni paruisse quasi dederit, sed quasi

(1) et dubitatur, *Hal. Vulg.*
(2) constat, *la Vulg.*

libro IX.—Aquel á quien se le mandó que diera a heredero, habiendo sido instituido un esclavo ajeno, no debe darle al señor; porque también si instituido otro heredero, se le mandó que le diera al esclavo de Ticio, se le da al mismo esclavo, porque las cosas que son de hecho no pasan al señor, á la manera que si yo hubiera estipulado para mí ó para el esclavo de Ticio, se le puede dar no á Ticio, sino á su esclavo; y esto es verdad.

§ 1.—Pero habiéndosele mandado que le diera al heredero, veamos si no se habrá de dar al señor; y es consiguiente, que también en este caso se le dé al esclavo.

§ 2.—Ciertamente no hay duda, de que el manumitido bajo condición en el testamento deberá darle al señor.

§ 3.—Por el contrario, el que debe darle al señor, no cumple la condición dándole á su esclavo, si el señor no lo consintiere; porque nadie puede cumplir en tal caso la condición, ignorándolo yo ó no queriéndolo.

§ 4.—Cuando la herencia ha sido restituida en virtud del Senadoconsulto Trebelliano, se ha de dar al heredero, para que se cumpla la condición, y esto no ha de ser restituido por causa del fideicomiso.

§ 5.—Pero cuando adió y restituyó una herencia sospechosa, se dudaba si se le habrá de quitar; y es más benigno que tampoco en este caso no se le quite nada.

§ 6.—Mas si instituido yo heredero se me promoviere controversia sobre la herencia, si el legatario da caución de que hecha evicción de la herencia se devolverá el legado, también se le ha de dar caución á él de que se le devolverá lo que dió.

§ 7.—Pero si se te hubiera mandado que me dieras diez, y que recibieras la herencia en virtud del Senadoconsulto, no te restituiré los diez por causa del fideicomiso.

§ 8.—Si al esclavo de dos se le hubiera hecho un legado bajo la condición de dar, dicen algunos que no se puede cumplir por partes con la condición, sino que se ha de dar el dinero de una sola vez; pero yo opino lo contrario.

§ 9.—Si hubiera sido usucapida parte de la cosa legada, dudo si se deba cumplir del todo la condición; y se puede decir, que se ha de cumplir con arreglo á la parte conforme á la voluntad del testador.

§ 10.—Dice Plaucio: le legué á uno de los herederos un fundo, si hubiese dado ciento á los herederos; deducirá su parte de herencia, y les dará á los herederos la restante suma á proporción de su parte. Mas si el heredero hubiese sido instituido así en una parte, si hubiera dado diez á los herederos, no sería heredero de otro modo, sino si hubiese dado todos los diez á los coherederos, porque no sería admitido á la herencia antes que hubiese dado toda la suma; pues cuando el esclavo hubiese sido instituido libre en un testamento, y así heredero de una parte, si hubiese dado diez á los herederos, fué constante que él no habrá de ser libre y heredero, sino si hubiese dado todos los diez á los coherederos. Y dice Paulo: este derecho observamos.

45. [44.] EL MISMO; *Comentarios á Plaucio, libro XVI.*—Dice Juliano, que si el legatario, á quien se le habia legado bajo esta condición: «si le hubiere dado diez al heredero», hubiese dado al heredero por pagado de lo que el heredero le de-

(3) *Creo que la coma debe suprimirse después de deberet, y colocarse después de heres.—N. del Tr.*

per heredem stet, quominus pareat, posse petere legatum, quasi extiterit conditio.

46. [45.] IDEM libro III. ad Vitellium.—Si in (1) diem, exempli gratia centesimum, imperatum est statulibero, ut pecuniam solveret, neque initium temporis eius, quod futurum esset, adscriptum est, adita hereditate cedere dies incipit, quia absurdum visum est, ante diem praeterire, quam is existeret, quem oportet accipere; et hoc in omnibus, qui heredi dare iussi sunt, dicendum est; igitur et legatario ex adita hereditate ad parendum conditioni tempus computabitur.

47. (2) MARCELLUS libro XIV. Digestorum.—Servo libertatem ita dedit: «ille, si meus erit, liber esto»; legatum vel hereditatem sine conditione ei dedit, deinde eum alienavit; debebitur domino eius legatum vel hereditas, et iussu eius adiri poterit, nam id expressit: «si meus erit», in libertate danda, quo futurum erat, ut impediretur libertas, etiamsi expressum non esset. Saepenumero tamen mutatur rei effectus, quamquam id expresserit testator, quod, etsi non fecisset, inesset tamen.

48. [46.] IDEM libro XV. Digestorum.—Non putabam, diem fideicommissi venisse, quum sextumdecimum annum ingressus fuisset, cui erat relictum: quum ad annum sextumdecimum pervenisset; et ita etiam Aurelius Imperator Antoninus ad appellationem ex Germania iudicavit.

49. [47.] CELSUS libro XXII. Digestorum.—Si in (3) annos decem heres dare damnatus, aut quis liber esse iussus est, novissimo eius temporis die legatum debebitur, et libertas obtingit.

50. [48.] ULPIANUS libro I. de officio Consulis.—Si cui libertas data sit directo sub hac conditione, si rationes reddidisset, arbitrum a Consulibus Divus Pius dari permisit his verbis: «Aditi a vobis amplissimi Consules arbitrum dabunt, qui excussis rationibus, non tantum quae reliqua sunt Epaphroditi, constituent, verum etiam quas rationes, quaeque instrumenta tradere, aut exhibere dominis suis debeat; cuius sententiae quum fuerit satisfactum, non impediatur Epaphroditi libertas».

51. [49.] MODESTINUS libro V. Differentiarum.—Sub diversis conditionibus disiunctim positus liber esse iussus, eam conditionem eligere potest, quae sibi levior esse videbitur; legato vero eo modo relicto, legatarium novissimae conditioni parere oportet.

§ 1.—Heredi decem dare iussus, et liber esse, et heredis heredi dando perveniet ad libertatem; quod non similiter in legatarii persona custodiri, Publicius scribit.

biera, no se considera ciertamente que cumplió la condición como si los hubiere dado, sino que como si consistiera en el heredero que no la cumpla, puede pedir el legado, como si se hubiere cumplido la condición.

46. [45.] EL MISMO; *Comentarios á Vitelio, libro III.*—Si á un manumitido bajo condición por testamento se le mandó que pagase una cantidad dentro de término, por ejemplo, dentro de cien días, y no se fijó cuál había de ser el comienzo de este término, el término comienza á correr habiendo sido adida la herencia, porque se consideró absurdo que transcurriese antes del día que existiera el que debe recibir; y esto se ha de decir respecto á todos á quienes se les mandó que dieran al heredero; luego también respecto al legatario se computará desde que fué adida la herencia el tiempo para cumplir la condición.

47. MARCELO; *Digesto, libro XIV.*—Uno le dió á un esclavo la libertad de este modo: «sea él libre, si fuere mío»; le dió sin condición un legado ó la herencia, y después lo enajenó; se le deberá á su señor el legado ó la herencia, y podrá ser adida por su orden, porqué expresó esto: «si fuere mío», al dársele la libertad, con lo que había de suceder que se impediría la libertad, aunque no se hubiese expresado. Pero muchas veces se cambia el efecto de una cosa, aunque el testador hubiere expresado lo que aún cuando no lo hubiese dicho hubiera sido, sin embargo, inherente.

48. [46.] EL MISMO; *Digesto, libro XV.*—Yo no opinaba que había llegado el vencimiento del fideicomiso cuando hubiese entrado en el año décimo sexto aquél á quien se le había dejado, para cuando hubiese llegado á los dieciséis años; y así también lo juzgó el Emperador Aurelio Antonino en apelación procedente de Germania.

49. [47.] CELSO; *Digesto, libro XXII.*—Si un heredero fué condenado á dar á los diez años, ó se dispuso que uno fuese libre, se deberá el legado el último día de este tiempo, y subsiste la libertad.

50. [51.] ULPIANO; *Del Cargo de Cónsul, libro I.*—Si á alguno se le hubiera dado directamente la libertad bajo esta condición, si hubiese rendido las cuentas, el Divino Pio permitió en estos términos que por los Cónsules se nombrase un árbitro: «Los ilustres Cónsules á quienes por vosotros se haya recurrido nombrarán un árbitro, el cual, examinadas las cuentas, determinará no solamente cuáles son los remanentes de Epafrodito, sino también qué cuentas, y qué instrumentos deba entregar, ó exhibir á sus señores; y cuando se hubiere cumplido la sentencia, no se impedirá la libertad de Epafrodito».

51. [49.] MODESTINO; *Diferencias, libro V.*—El que se dispuso que fuese libre bajo diversas condiciones puestas disyuntivamente, puede elegir aquella condición, que le pareciere que es más fácil; pero habiéndose dejado de este modo un legado, el legatario debe cumplir la última condición.

§ 1.—El que se mandó que diese diez al heredero, y que fuese libre, llegará á la libertad aun dándose los al heredero del heredero; porque escribe Publicio, que no se observa del mismo modo en cuanto á la persona del legatario.

(1) intra, Hal.

(2) Hal. Vulg. unen este fragmento con el anterior.

(3) Véase la nota 1.

52. [50.] IDEM *libro VII. Differentiarum.*—Nonnunquam contingit, ut quaedam nominatim expressa officiant, quamvis omissa tacite intelligi potuissent, nec essent obfutura, quod evenit, si alicui ita legatur: «Titio decem do lego, si Maevius Capitolium ascenderit»; nam quamvis in arbitrio Maevii sit, an Capitolium ascendat, et velit efficere, ut Titio legatum debeatur, non tamen poterit aliis verbis utiliter legari: «si Maevius voluerit, Titio decem do», nam in alienam voluntatem conferri legatum non potest. Inde dictum est: expressa nocent, non expressa non nocent.

53. [51.] IDEM *libro singulari de Heurmaticis.*—Si quis servum liberum esse iusserit, si hereditationes reddidisset, posteaque eum rationes reddere vetuerit, quasi puram facturum libertatem, competit ex testamento libertas.

54. [52.] JAVOLENUS *libro II. ex Cassio.*—Si quis legata, quibus dies apposita non esset, annua, bima, trima die dari iussit, et alicui, quum pubes esset, pecuniam legavit, id quoque legatum annua, bima, trima die post pubertatem praestandum esse, in Commentariis Caii scriptum est, quia magis conditio, quam dies legato adiecta esset. Contra ego sentio, quia fere dies ponitur ad proroganda ea, quae ad praesens tempus, non etiam quae in futurum legata sunt, diesque pubertatis habet aliquam temporis demonstrationem.

§ 1.—Duobus eadem res, si heredi centum dedissent, legata est; si alter ex his quinquaginta dederit, partem legati consequetur, et pars eius, qui non dederit, alteri cum sua conditione accrescit.

55. [53.] IDEM *libro XIII. Epistolarum.*—Maevius, cui fundus legatus est, si Callimacho, cum quo testamenti factionem non habebat, ducenta dedisset, conditioni parere debet, et ducenta dare, ut ad eum legatus fundus pertineat, licet numos non faciat accipientis. Quid enim interest, utrum tali personae dare iubeatur, an aliquo loco ponere, vel in mare delicere? neque enim illud, quod ad talem personam perventurum est, testamenti nomine, sed mortis causa capitur.

56. [54.] IDEM *libro XIV. Epistolarum.*—Cui fundus legatus est, si decem dederit, partem fundi consequi non potest, nisi totam pecuniam numerasset. Dissimilis est causa, quum duobus eadem res sub conditione legata est; in hac enim quaestione statim a testamento, quo pluribus conditio apposita est, divisa quoque in singulas personas videri potest; et ideo singuli cum (1) sua parte et conditioni parere, et legatum capere possunt. Nam quamvis summa universae conditionis sit adscripta, enumeratione (2) personarum potest videri esse divisa; in eo vero, quod uni sub conditione legatum est, scindi ex accidenti conditio non debet, et omnis numerus eorum, qui in locum eius substituantur, pro singulari persona est habendus.

(1) pro, al margen interior del código Fl.

(2) tamen, insertan Ital. Vulg.

52. [50.] EL MISMO; *Diferencias, libro VII.*—Sucede algunas veces, que perjudican algunas de las cosas determinadamente expresadas, aunque omitidas hubiesen podido ser entendidas tácitamente, y no hubiesen de perjudicar, lo que acontece, si á alguien se le legara así: «doy y lego diez á Ticio, si Mevio hubiere subido al Capitolio»; porque aunque esté al arbitrio de Mevio subir al Capitolio, y quiera hacer que se le deba á Ticio el legado, no se podrá, sin embargo, legar útilmente con estas otras palabras: «si Mevio hubiere querido, le doy diez á Ticio», porque no se puede referir un legado á ajena voluntad. Por lo cual se dijo: lo expreso perjudica, y lo no expreso no daña.

53. [51.] EL MISMO; *Cuestiones nuevas, libro único.*—Si alguno hubiere mandado que fuese libre un esclavo, si hubiese dado cuentas al heredero, y después hubiere prohibido que él diera las cuentas, como para dar puramente la libertad, compete en virtud del testamento la libertad.

54. [52.] JAVOLENO; *Doctrina de Cassio, libro II.*—Si alguno mandó que los legados, para los que no se hubiese fijado día, se diesen dentro de uno, dos ó tres años, y le legó á alguien una cantidad para cuando fuese púbero, se halla escrito en los Comentarios de Cayo que también este legado ha de ser pagado uno, dos ó tres años después de la pubertad, porque se le agregó al legado una condición más bien que un término. Yo opino lo contrario, porque de ordinario se pone un término para prorogar los que fueron legados para el tiempo presente, no también para el futuro, y el día de la pubertad tiene alguna demostración del tiempo.

§ 1.—Una misma cosa fué legada á dos, si al heredero le hubiesen dado ciento; si uno de ellos hubiere dado cincuenta, conseguirá la parte del legado, y la parte del que no los hubiere dado le acrece al otro con su propia condición.

55. [53.] EL MISMO; *Epistolas, libro XIII.*—Mevio, á quien se le legó un fundo, si hubiese dado doscientos á Calimaco, con el cual no tenía testamentifacción, debe cumplir la condición y dar los doscientos, para que le pertenezca el fundo legado, aunque no haga del que lo recibe el dinero. Porque qué importa que se mande que lo dé á tal persona, ó que lo ponga en algún lugar, ó que lo tire al mar? Porque lo que ha de ir á poder de tal persona no se adquiere por razón del testamento, sino por causa de muerte.

56. [54.] EL MISMO; *Epistolas, libro XIV.*—Aquel á quien se le legó un fundo, si hubiere dado diez, no puede conseguir parte del fundo, si no hubiese entregado todo el dinero. Diferente es el caso cuando una misma cosa fué legada á dos bajo condición; porque en este caso se puede considerar dividida también desde luego por el testamento entre cada una de las personas la condición que en el mismo fué puesta para muchos; y por lo tanto cada cual puede cumplir por su parte la condición y adquirir el legado. Porque aunque se haya señalado la suma de toda la condición, se puede considerar que fué dividida con la enumeración de las personas; pero respecto á lo que fué legado á uno solo bajo condición, no se debe dividir la condición por un accidente, y todos los que son sustituidos en el lugar de aquel han de ser considerados como una sola persona.

57. [55.] POMPONIUS *libro IX. ad Quintum Mucium*.—Quaesitum est, an, si iussus fuerit servus quinque operas extraneo dare, ut liber sit, conditio talis sit recipienda, ut, quemadmodum (1) circa pecuniae dationem dicitur, ita et circa praestationem operarum dicamus. Sed hoc iure utimur, ut, quemadmodum dictum est, si pecuniam ex peculio suo det extraneo, admitti eum ad libertatem, ita et si operam praestiterit, necesse sit eum admitti ad libertatem. Itaque et in proposito sapienter faciet heres, si impediens eum, quominus praestet et operas; hac enim ratione servus perveniet quidem ad libertatem, sed operis eius extraneus non utetur.

58. [56.] IDEM *libro X. ex variis lectionibus*.—Si ancillae alienae, quum ea nupsisset, legatum sit, Proculus ait, utile legatum esse, quia possit manumissa nubere.

59. [57.] ULPIANUS *libro XIII. ad legem Iuliam et Papiam*.—Intercidit legatum, si ea persona decesserit, cui legatum est sub conditione.

§ 1.—Quid ergo, si non decesserit, sed in civitate esse desierit — puta alicui legatum, si Consul fuerit, et is in insulam deportatus est —, numquid non interim extinguatur legatum, quia restitui in civitatem (2) potest? quod probabilius esse arbitror.

§ 2.—Non idem erit dicendum, si ea poena in eum statuta fuerit, quae irrogat servitutem, quia servitus morti assimilatur (3).

60. [58.] PAULUS *libro VII. ad legem Iuliam et Papiam*.—In facto consistentes condiciones varietatem habent, et quasi tripertitam recipiunt divisionem: ut quid detur, ut quid fiat, ut quid obtingat, vel retro: ne detur, ne fiat, ne obtingat. Ex his dandi faciendique condiciones in personas collocantur aut ipsorum, quibus quid relinquatur, aut aliorum; tertia species in eventu ponitur.

§ 1.—Fiscus iisdem conditionibus parere debet, quibus persona, a qua ad ipsum, quod relictum est, pervenit, sicut etiam cum suo onere hoc ipsum vindicat.

61. [59.] ULPIANUS *libro VIII. ad legem Iuliam et Papiam*.—Si vir uxori ad tempus liberorum legaverit, dubitari potest, an de his duntaxat filiis sensisset testator, qui post mortem eius nati fuissent, an et de his, qui vivo eo ab eo suscepti fuissent post testamentum factum, quum manente matrimonio decessisset; verum aequum est proficere, sive vivo marito, sive post mortem nascantur (4).

62. [60.] TERENCE CLEMENS *libro IV. ad legem Iuliam et Papiam*.—Sed si hoc specialiter expressit testator: etiam si ex alio post mortem suam liberis procreaverit, nihilominus eam ad legatum admitti.

57. [55.] POMPONIO; *Comentarios á Quinto Mucio, libro IX*.—Se preguntó, si habiéndose mandado que un esclavo prestase cinco servicios á un extraño, para que sea libre, habrá de ser admitida tal condición, de suerte que también digamos en cuanto á la prestación de servicios lo que se dice respecto á la entrega de dinero. Pero observamos este derecho, que así como se ha dicho que si de su peculio diese dinero á un extraño, era admitido á la libertad, así también será necesario que sea admitido á la libertad si hubiere prestado servicios. Y por lo tanto también en el caso presente obrará sabiamente el heredero, si le impidiere que preste también los servicios; porque por esta razón el esclavo llegará ciertamente á la libertad, pero el extraño no se utilizará de su trabajo.

58. [56.] EL MISMO; *Doctrina de autores varios, libro X*.—Si se le hubiera legado á una esclava ajena, para cuando ésta se hubiese casado, dice Próculo que el legado es útil, porque puede casarse manumitada.

59. [57.] ULPIANO; *Comentarios á la ley Julia y Papia, libro XIII*.—Se extingue el legado, si hubiere fallecido la persona á quien se le legó. bajo condición.

§ 1.—Luego ¿qué se dirá si no hubiere fallecido, pero hubiere dejado de ser ciudadano,—por ejemplo, se le legó á uno, si fuere Cónsul, y fué deportado á una isla—, acaso no se extingue el legado mientras tanto, porque puede ser restituido á la ciudadanía? Y esto es lo que juzgo más probable.

§ 2.—No se habrá de decir lo mismo, si se hubiere impuesto pena, que irroga esclavitud, porque la esclavitud se asemeja á la muerte.

60. [58.] PAULO; *Comentarios á la ley Julia y Papia, libro VII*.—Las condiciones que consisten en un hecho tienen cierta variedad, y en cierto modo se dividen en tres clases: para que se dé alguna cosa, para que se haga, para que suceda, ó al contrario: para que no se dé, no se haga, no suceda. De estas, las condiciones de dar y de hacer se refieren á las personas, ó de los mismos á quienes se deja alguna cosa, ó de otros; la tercera especie se refiere á un acontecimiento.

§ 1.—El fisco debe cumplir las mismas condiciones que la persona de quien va á él lo que se dejó, así como también reivindica esto mismo con su propia carga.

61. [59.] ULPIANO; *Comentarios á la ley Julia y Papia, libro VIII*.—Si el marido le hubiere legado á su mujer para cuando tenga hijos, se puede dudar si el testador haya entendido referirse solamente á aquellos hijos que hubiesen nacido después de su muerte, ó también á los que en vida suya hubiesen sido tenidos de él después de hecho el testamento, cuando hubiese fallecido subsistiendo el matrimonio; pero es equitativo que aprovechen, ya si nacieran viviendo el marido, ya si después de su muerte.

62. [60.] TERENCE CLEMENTE; *Comentarios á la ley Julia y Papia, libro IV*.—Pero si el testador expresó esto especialmente: también si de otro hubiere procreado hijos después de su muerte, es, sin embargo, admitida ella al legado.

(1) scindi, inserta Hal.

(2) Hal. Vulg.; civitate, el códice Fl.

(3) adsimilatur, Hal.

(4) Hal. Vulg.; nascatur, el códice Fl.

§ 1.—Cuidam non solidum capienti amplius lege (1) concessae portionis relicta est (2): si heredi aliquid dedisset; quaeritur, an id, quod conditionis implendae causa dederat, consequi ex causa legati possit, quasi non capiat id, quod deroget (3), an vero id extra sit, nec ideo magis ex bonis testatoris amplius capiat, quam capturus esset, si sine conditione legatum esset. Et Iulianus rectissime scribit, tanto amplius eum capturum, quantum conditionis implendae causa dare eum oportet, nec interesse, heredi, an extraneo dare iussus sit, quia computatione facta, quae semper in persona eius introducteretur, non amplius lege (4) concessae portionis (5) ad eum subsideret.

§ 2.—Quum vir uxori, «si a liberis ne (6) nupserit», in annos singulos aliquid legavit, quid iuris sit? Iulianus respondit, posse mulierem nubere, et legatum capere; quod si ita scriptum esset: «si a liberis impuberibus ne (7) nupserit», legem locum non habere, quia magis cura liberorum, quam viduitas iniungeretur.

63. [61.] GAIUS libro III. ad legem Iuliam et Papiam.—Quum ita legatum sit: «si Titio non nupserit», vel ita: «si neque Titio, neque Seio, neque Maevio nupserit», et denique si plures personae comprehensae fuerint, magis placuit, cuilibet eorum si nupserit, amissuram legatum, nec videri tali conditione viduitatem iniunctam, quum alii cuilibet satis commode possit nubere.

§ 1.—Videamus, et si ita legatum sit: «si Titio nupserit», et quidem si honeste Titio possit nubere, dubium non erit, quin, nisi paruerit conditioni, excludatur a legato; si vero indignus sit nuptiis eius iste Titius, dicendum est, posse eam beneficio legis cuilibet nubere; quae enim Titio nubere iubetur, ceteris omnibus nubere prohibetur. Itaque si Titius indignus sit, tale est, quale si generaliter scriptum esset: «si non nupserit», imo, si verum amamus, durior haec conditio est, quam illa; «si non nupserit»; nam et ceteris omnibus nubere prohibetur, et Titio, cui inhoneste nuptura sit, cum (8) nubere iubetur.

64. [62.] TERENCEUS CLEMENS libro V. ad legem Iuliam et Papiam.—Hoc modo legato dato: «si Lucio Ticio non nupserit», non esse legi locum, Iulianus aiebat.

§ 1.—Quod si ita scriptum esset: «si Ariciae non nupserit», interesse, an fraus legi facta esset; nam si ea esset, quae aliubi nuptias non facile possit invenire, interpretandum, ipso iure rescindi, quod fraudandae legis gratia esset adscriptum; legem enim utilem Reipublicae, sobolis scilicet procreandae causa latam, adiuvandam interpretatione.

65. [63.] PAULUS libro LXII. ad Edictum.—Legato sub conditione relicto, si heres, a quo sub

§ 1.—A uno que no podía adquirir la totalidad se le dejó más de la porción permitida por la ley, si hubiese dado alguna cosa al heredero; se preguntó, si podría conseguir por causa del legado lo que había dado para cumplir la condición, como si no adquiriera lo que pagase, ó si será excluido esto, y no recibirá, por lo tanto de los bienes del testador más de lo que hubiese de adquirir si el legado se hubiese hecho sin condición. Y con muchísima razón escribe Juliano, que él recibirá de más tanto cuanto debe dar para cumplir la condición, y que no importa que se le haya mandado que le dé al heredero ó á un extraño, porque hecha la cuenta, que siempre se haría respecto á su persona, no quedaría para él más de la porción permitida por la ley.

§ 2.—¿Qué derecho habrá, cuando el marido legó á su mujer alguna cosa para cada año, «si no se casare teniendo hijos»? Juliano respondió, que la mujer podía casarse y adquirir el legado; pero si se hubiese escrito así: «si no se casare teniendo hijos impúberos», no tiene lugar la ley, porque se impondría más bien el cuidado de los hijos que la viudedad.

63. [61.] GAYO; Comentarios á la ley Julia y Papia, libro III.—Cuando se haya legado así: «si no se hubiere casado con Ticio», ó así: «si no se hubiere casado, ni con Ticio, ni con Seyo, ni con Mevio», y finalmente, si se hubieren comprendido muchas personas, pareció mejor, que si se hubiere casado con alguno de ellos, habrá de perder el legado, y que no se considera que con tal condición se impuso la viudedad, pudiéndose casar con bastante facilidad con otro cualquiera.

§ 1.—Veamos también si se hubiera legado así: «si se casare con Ticio», y á la verdad, si honestamente se pudiera casar con Ticio, no habrá duda de que será excluida del legado, si no hubiere cumplido la condición; pero si este Ticio no fuese digno de las nupcias con ella, se ha de decir, que ella puede casarse por beneficio de la ley con cualquiera; porque á la que se le manda que se case con Ticio se le prohíbe que se case con todos los demás. Y así, si Ticio fuera indigno, esto es lo mismo que en general se hubiese escrito: «si no se casare», aun más, si amamos la verdad, esta condición es más dura que aquella: «si no se casare»; porque se le prohíbe casarse con todos los demás, y se le manda casarse con Ticio, con quien ella se habría de casar deshonrosamente.

64. [62.] TERENCEIO CLEMENTE; Comentarios á la ley Julia y Papia, libro V.—Dado un legado de este modo: «si no se casare con Lucio Ticio», decía Juliano, que no había lugar á la ley.

§ 1.—Pero si se hubiese escrito así: «si no se casare en Aricia», importa saber si se haya defraudado á la ley; porque si se tratase de la que no pudiera encontrar fácilmente casamiento en otra parte, se ha de interpretar que de derecho se rescinde lo que se hubiese escrito para defraudar la ley; porque se debe favorecer con la interpretación una ley útil á la República, dada ciertamente para la procreación de prole.

65. [63.] PAULO; Comentarios al Edicto, libro LXII.—Habiéndose dejado bajo condición un le-

(1) Hal.; legi, el código Fl.

(2) Súplase portio; concessa portione relictum est. Hal.

(3) eroget, Hal. Vulg.

(4) Véase la nota 1.

(5) concessa portione, Hal.

(6) non, Hal. Vulg.

(7) non, Hal. Vulg.

(8) cum es considerada palabra superflua.

conditione legatum est, pendente conditione moriatur, heredem suum obligatum relinquit.

66. [64.] MODESTINUS *libro X. Responsorum.*—Heres statuliberum, cui in eventum conditionis fideicommissum restituere rogatus erat, manumisit; quaero, an fideicommissum ei praestare debeat. Herennius Modestinus respondit: quamquam statuliberum heres manumiserit, tamen fideicommissum, quod sub iisdem conditionibus relictum ei debet, ita praestare cogitur, si conditiones impletas esse constabit (1), aut per eum stetit, quominus impleantur.

67. [65.] IAVOLENUS (2) *libro XI. Epistolarum.*—Quum sub hac conditione fundus alicui legatus esset: «si servum non manumiserit», et si manumiserit, legatum fundi ad Maevium translatum esset, legatarius de non liberando satisdedit, et legatum accepit, et postea liberavit; quaero, an aliquid Maevio detur. Respondit, si cui ita legatum erit: «si servum non manumiserit», satisfactione interposita accipere ab herede legatum poterit; et si postea servum manumiserit, commissa stipulatione, heredi vel fundum, vel quanti ea res est, restituet; coque casu heres ei, cui ex sequenti conditione legatum debuerit, restituet.

68. [66.] IDEM *libro II. ex Cassio.*—Si ita legatum esset: «quum nupserit», si nupta fuerit, et hoc testator scisset, alterum matrimonium erit expectandum; nihilque intererit, utrum vivo testatore, an post mortem ea iterum nupserit.

69. [67.] GAIUS *libro XIII. ad legem Juliam et Papiam.*—Si ita expressum erit: «Titio, si voluerit, do lego», apud Labeonem Proculus notat, non aliter ad heredem legatarii pertinere, quam si ipse legatarius voluerit ad se pertinere, quia conditio personae iniuncta videtur.

70. [68.] PAPINIANUS *libro XVI. Quaestionum.*—Duos mater filios sub conditione emancipationis ex partibus heredes instituit, iisque plurimum rerum praeceptiones pure dedit; hereditatem adierunt; patrem a legatorum commodo illa quoque ratio debet summovere, quod emancipando filios, obsecutus voluntati, supremum iudicium uxoris suae custodiri voluit.

71. [69.] IDEM *libro XVII. Quaestionum.*—Titio centum, ita ut fundum emat, legata sunt; non esse cogendum Titium cavere, Sextus Caecilius existimat, quoniam ad ipsum duntaxat emolumentum legati rediret. Sed si filio, fratri (3), alumno minus industria prospectum esse voluit, interesse heredis credendum est; atque ideo cautionem interponendam, ut et fundus comparetur, ac postea non alienaretur.

gado, si pendiente la condición muriese el heredero á cuyo cargo se legó bajo condición, deja obligado á su propio heredero.

66. [64.] MODESTINO; *Respuestas, libro X.*—Un heredero manumitió al que en el testamento se le dejó la libertad bajo condición, á quien se le había rogado que restituyera un fideicomiso al cumplimiento de una condición; pregunto, si se le deberá entregar el fideicomiso. Herennio Modestino respondió: aunque el heredero haya manumitado al que en el testamento se le dió la libertad bajo condición, sin embargo, es obligado á entregar el fideicomiso que le debe, dejado bajo las mismas condiciones, en este caso, si constare que se cumplieron las condiciones, ó en él consistió que no se cumplieran.

67. [65.] JAVOLENO; *Epistolas, libro XI.*—Habiéndose legado á uno un fundo bajo esta condición: «si no hubiere manumitado á un esclavo», y habiéndose transferido á Mevio el legado del fundo, si lo hubiere manumitado, el legatario dió fianza de no darle la libertad, recibió el legado, y después lo manumitió; pregunto, si se le dará alguna cosa á Mevio. Respondió, que si á uno se le hubiere legado así: «si no hubiere manumitado á un esclavo», habiendo interpuesto fianza, podrá recibir del heredero el legado; y si después manumitiere al esclavo, habiendo incurrido en la estipulación, le restituirá al heredero el fundo, ó cuanto vale esta cosa; y en este caso el heredero restituirá á aquel á quien le debiere el legado en virtud de la siguiente condición.

68. [66.] EL MISMO; *Doctrina de Cassio, libro II.*—Si se hubiese legado así: «cuando se casare», si estuviere casada y el testador lo hubiese sabido, se habrá de esperar á otro matrimonio; y nada importará, que ella se casare de nuevo ó viviendo el testador ó después de su muerte.

69. [67.] GAYO; *Comentarios á la ley Julia y Papia, libro XIII.*—Si se hubiere expresado así: «doy y lego á Ticio, si el quisiere», observa Próculo en Labeón, que el legado no pertenece al heredero del legatario de otro modo sino si el mismo legatario hubiere querido que le perteneciera á él, porque se considera la condición aneja á la persona.

70. [68.] PAPINIANO; *Cuestiones, libro XVI.*—Una madre instituyó herederos de partes á dos hijos bajo condición de emancipación, y les dió puramente prelegados de muchas cosas; adieron la herencia; también debe repeler del beneficio de los legados al padre la razón de que emancipando á los hijos, habiendo cumplido la voluntad, quiso que se guardase la última disposición de su mujer.

71. [69.] EL MISMO; *Cuestiones, libro XVII.*—Se le legaron á Titio ciento para que comprase un fundo; opina Sexto Cecilio, que no ha de ser obligado Ticio á dar caución, porque á él solamente iría el emolumento del legado. Pero si quiso haber mirado por un hijo, hermano, ó alumno poco industrioso, se ha de creer que le interesa al heredero; y que por lo tanto se ha de interponer caución, así de que se comprará el fundo, como de que no será enajenado después.

(1) *La ed. Steph.; praestabit, el códice Fl.; praetendit, Hal.*

(2) *Labeo, Hal. Vulg.*
(3) *fratris, Hal.*

§ 1.—Titio centum relicta sunt ita, ut Maeviam uxorem, quae vidua est, ducat; conditio non remittetur, et ideo nec cautio remittenda est. Huic sententiae non refragatur, quod, si quis pecuniam promittat, si Maeviam uxorem non ducat, Praetor actionem denegat; aliud est enim eligendi matrimonii poenae metu libertatem auferri, aliud ad matrimonium (1) certa lege invitari.

§ 2.—Titio centum relicta sunt ita: «ut a monumento meo non recedat», vel: «uti in illa civitate domicilium habeat»; potest dici, non esse locum cautioni, per quam ius libertatis infringitur; sed in defuncti libertis alio iure utimur.

§ 3.—«Titio, genero meo, heres meus dotis Seiae, filiae meae, nomine centum dato»; legati quidem emolumentum ad Seiam, quae dotem habere incipit, pertinebit; sed quia non tantum mulieri, sed Titio quoque, cui pecuniam legavit, consultum videtur, prope est, ut ipse legatarius intelligatur, et legatum petere debeat. Si post divortium genero pecuniam heres solverit, aequè liberabitur, quoniam in dotem solutio convertitur. Constante autem matrimonio, etiam prohibente muliere, Titio recte solvetur; hoc enim et mulieris interest, ut incipiat esse donata. Nam et si quis ipsam quoque petitionem habere responderit, eaque pecuniam petat, neque dotis fieri velit, non dubie doli summovebitur exceptione. Ante nuptias vero Titio vel muliere defunctis legatum apud heredem manet; quodsi nolit eam uxorem ducere, causae (2) legati, quod ad mulieris personam attinet, satisfactum intelligetur, sed Titio legatum petenti nocebit exceptio doli (3). Sabinus autem existimabat, nupta muliere Titio, sine cautione legatum deberi, quoniam pecunia dotis efficeretur; sed quum ante nuptias, quia purum legatum est, peti potest, cautio: «mulieri pecuniam reddi», necessaria erit. Quodsi maritus vitio suo causa ceciderit, neque solvendo sit, numquid adversus heredem mulieri, quae nihil deliquit, succurri debeat ob eam pecuniam, quae doti fuerat destinata? Sed quoniam ambo legati petitionem habuerunt, salvam habebit, non soluta pecunia viro, mulier actionem.

72. [70.] IDEM libro XVIII. *Quaestionum*.—Quum tale legatum esset relictum: «Titiae, si a liberis non discesserit», negaverunt, eam recte cavere, quia vel mortuis liberis legati conditio possit existere; sed displicuit sententia, non enim voto matris opponi tam ominosa non (4) interponendae cautionis interpretatio debuit.

§ 1.—Et quum patronus liberto certam pecuniam legasset, si a liberis eius non discessisset, permisit Imperator velut Mucianam cautionem offerri; fuit enim periculosum ac triste, libertum coniunctum patroni liberis eorundem mortem exspectare.

§ 1.—Se le dejaron ciento a Ticio para que tomase por mujer á Mevia, que es viuda; no se dispensará la condición, y por lo tanto tampoco se ha de dispensar la caución. A esta opinión no se opone que el Pretor deniegue la acción, si alguno prometiera dinero, si no tomase por mujer á Mevia; porque una cosa es que con el temor de la pena se quite la libertad de elegir matrimonio, y otra que se invite al matrimonio con cierta condición.

§ 2.—A Ticio se le dejaron ciento de este modo: «para que no se separe de mi monumento», ó: «para que tenga su domicilio en aquella ciudad»; se puede decir, que no ha lugar á la caución, por la cual se infringe el derecho de libertad; pero observamos otro derecho respecto á los libertos del difunto.

§ 3.—«Déle mi heredero á Ticio, mi yerno, ciento por razón de la dote de Seya, mi hija»; el emolumento del legado pertenecerá ciertamente á Seya, la cual comienza á tener dote; pero como se considerara que se miró no solamente por la mujer, sino también por Ticio, á quien legó el dinero, es verosímil que él mismo sea considerado legatario, y que deba pedir el legado. Si el heredero hubiere pagado al yerno el dinero después del divorcio, se librará igualmente, porque el pago se convierte en dote. Pero durante el matrimonio, válidamente le pagará á Ticio, aun prohibiéndolo la mujer; porque también á la mujer le interesa comenzar á estar dotada. Pues aunque alguno respondiere que también ella tiene la petición, y ella pidiese el dinero, y no quisiera que se hiciese de la dote, sin duda será repelida con la excepción de dolo. Pero habiendo fallecido Ticio ó la mujer antes de las nupcias, queda el legado en poder del heredero; mas si no quisiera tomarla por mujer, se entenderá haberse cumplido con la causa del legado en lo que atañe á la persona de la mujer, pero al pedir Ticio el legado le perjudicará la excepción de dolo. Pero opinaba Sabino, que, casada la mujer con Ticio, se debía sin caución el legado, porque el dinero se haría de la dote; pero cuando se puede pedir antes de las nupcias, porque el legado es puro, será necesaria la caución de que «se restituirá el dinero á la mujer». Mas si el marido perdiera por su culpa la causa, y no fuera solvente, ¿se le deberá acaso auxiliar contra el heredero á la mujer, que en nada delinquirió, por razón del dinero, que había sido destinado para la dote? Pero como ambos tuvieron la petición del legado, la mujer tendrá salva la acción, no habiéndosele pagado al marido el dinero.

72. [70.] EL MISMO; *Cuestiones, libro XVIII*.—Habiéndose dejado este legado: «á Ticia, si no se hubiere separado de sus hijos», dijeron que con razón no daba ella caución, porque podría cumplirse la condición del legado también habiéndose muerto los hijos; pero no pareció bien esta opinión, porque no se debió oponer al deseo de la madre interpretación de tan mal agüero para que no interponga la caución.

§ 1.—Y cuando el patrono hubiese legado cierta cantidad al liberto si no se hubiese separado de sus hijos, permitió el Emperador que se ofreciese una especie de caución Muciana; porque fué peligroso y triste que el liberto unido á los hijos de su patrono esperase la muerte de los mismos.

(1) *Hal. Vulg.*; ad testamentum, *el códice Fl.*

(2) *Hal. Vulg.*; causa, *el códice Fl.*

(3) mali, *inserta la Vulg.*

(4) non, *omitela Hal.*

§ 2.—Titius heredem institutum rogavit post mortem suam hereditatem restituere, si fideicommissi cautio non fuisset petita; Mucianae cautionis exemplum ante constitutionem remissae cautionis locum habere non potuit, quoniam vivo eo, cui relictum est, impleri conditio potuit.

§ 3.—Quid ergo, si ita scriptum sit: «peto, post mortem tuam restituas hereditatem, ita ne satis fideicommissi petatur, neve ratio exigatur—?» Sine dubio per huiusmodi verba non interponendae quidem cautionis conditio videbitur adscripta, rationi vero non exigendae modus adhibitus, scilicet ut culpa, non etiam dolus remissus intelligatur; idque in eius persona, qui negotia gessit, cuique rationis reddendae necessitas fuerat testamento remissa, rescriptum est.

§ 4.—«Si arbitrato Titii Seia nupserit, heres meus ei fundum dato»; vivo Titio etiam sine arbitrio Titii eam nubentem legatum accipere respondendum est; eamque legis sententiam videri, ne quod omnino nuptiis impedimentum inferatur. Sed si Titius vivo testatore decedat, licet conditio deficit, quia tamen suspensa quoque pro nihilo foret, mulieri succurreretur.

§ 5.—«Maeviae, si non nupserit, fundum quum morietur, lego»; potest dici, et si nupserit, eam confestim ad legatum admitti. Non idem probatur, si certus dies incertusve alius legato fuerit adscriptus.

§ 6.—Falsam causam legatus non obesse, verius est, quia ratio legandi legato non cohaeret; sed plerumque doli exceptio locum habebit, si probetur alias legaturus non fuisse.

§ 7.—Falsam conditionem Cassius et Caelius (1) Sabinus impossibilem esse dixerunt, veluti: «Pamphilus, si, quod Titio debeo, solverit, liber esto», si modo nihil Titio fuit debitum; quodsi post testamentum factum testator pecuniam exsolvit, defecisse conditionem intelligi.

§ 8.—Falsam legati demonstrationem non facere legatum, Sabinus respondit, veluti si quis, quum Titio nihil legasset, ita scriptum reliquerit: «ex centum, quae Titio legavi, quinquaginta heres Seio dato»; idque sumsit ex defuncti voluntate, quia non animo legandi, sed deminucendi legatum, quod falso datum existimaret, ita scriberet. Propter falsam tamen demonstrationem legati non plus Seius assequetur, quam si vere demonstratum fuisset.

73. [71.] IDEM libro XIX. *Quaestionum*.—Titio fundus, si in Asiam non venerit, idem, si pervenerit, Sempronio legatus est; quum in omnibus conditionibus, quae morte legatariorum finiuntur, receptum est, ut Muciana cautio interponatur, heres cautionem a Titio accepit, et fundum ei dedit; si postea in Asiam pervenerit, Sempronio heres, quod ex stipulatu cautionis interpositae consequi potest, utili actione praestare cogitur. Sed si cautio medio

§ 2.—Ticio rogó al heredero instituido que después de su muerte restituyese la herencia, si no se hubiese pedido caución del fideicomiso; antes de la constitución, que remite la caución, no pudo tener lugar el efecto de la caución Muciana, porque se pudo cumplir la condición viviendo aquel á quien se dejó.

§ 3.—Luego, ¿qué se dirá, si se hubiera escrito así: «te pido, que después de tu muerte restituyas la herencia, con tal que no se pida fianza del fideicomiso, ó no se exija cuenta»? Sin duda que con tales palabras se considerará impuesta la condición de que no se interponga ciertamente la caución, pero habiéndose añadido modo para que no se exija cuenta, esto es, para que se entienda perdonada la culpa, pero no también el dolo; y esto se respondió por rescripto respecto á la persona del que fué gestor de negocios, á quien en el testamento le había sido dispensada la necesidad de rendir cuentas.

§ 4.—«Si Seia se casare á arbitrio de Ticio, déle un fundo mi heredero»; se ha de responder, que casándose ella en vida de Ticio, aun sin la voluntad de Ticio, adquiere el legado; y este parece que es el sentido de la ley, para que no se ponga absolutamente ningún impedimento á las nupcias. Pero si Ticio falleciera viviendo el testador, aunque falta la condición, como no obstante también estando pendiente sería tenida por nula, se le auxiliará á la mujer.

§ 5.—«Lego á Maevia, si no se hubiere casado, un fundo para cuando muera»; se puede decir, que también si se hubiere casado, sería ella admitida desde luego al legado. No se aprueba lo mismo, si al legado le hubiere sido asignado un término cierto ú otro incierto.

§ 6.—Es más verdadero que una causa falsa no perjudica al legado, porque no es inherente al legado la razón de legarlo; pero las más de las veces tendrá lugar la excepción de dolo, si se probase que de otro modo no hubiera de haber hecho el legado.

§ 7.—Cassio y Celio Sabino dijeron que la condición falsa es imposible, por ejemplo: «sea libre Pamfilo, si él hubiere pagado lo que debo á Ticio», si es que nada se le debió á Ticio; pero si el testador pagó el dinero después de hecho el testamento, se entiende que faltó la condición.

§ 8.—Sabino respondió, que la falsa demostración de un legado no constituye el legado, por ejemplo, si alguno, no habiéndole legado nada á Ticio, hubiere dejado así escrito: «de los ciento que le legué á Ticio dé el heredero cincuenta á Seyo»; y esto lo infringió de la voluntad del difunto, porque no escribía así con ánimo de legar, sino de disminuir el legado, que falsamente creía haber dado. Pero por causa de la falsa demostración del legado no conseguirá Seyo más que si se hubiese hecho una verdadera demostración.

73. [71.] EL MISMO; *Cuestiones, libro XIX*.—Se legó á Ticio un fundo, si no fuere á Asia, y el mismo á Sempronio, si fuere; habiéndose admitido respecto á todas las condiciones, que se extinguen con la muerte de los legatarios, que se interponga la caución Muciana, el heredero recibió de Ticio la caución, y le dió el fundo; si después hubiere ido á Asia, es obligado el heredero por la acción útil á darle á Sempronio lo que puede conseguir

(1) et Cassellius, *la Vulg.*

tempore defecerit, quae sollicitate fuerat exacta, non de suo praestabit heres, sed quia nihil ei potest obici, satis erit actiones praestari; si tamen, Titius quum (1) Asiam venisset, Sempronius, priusquam legatum accipiat, decesserit, heredi eius debetur, quod defunctus petere potuit.

74. [72.] IDEM libro XXXII. *Questionum*.—Mulieri et Titio ususfructus, si non nupserit mulier, relictus est; si mulier nupserit, quamdiu Titius et vivit (2), et in eodem statu erit, partem ususfructus habebit; tantum enim beneficio legis ex legato concessum esse mulieri intelligendum est, quantum haberet, si conditioni paruisset; nec, si Titius, qui conditione defectus est, legatum repudiet, ea res mulieri proderit.

75. [73.] IDEM libro XXXIV. *Questionum*.—Dies incertus conditionem in testamento facit.

76. [74.] IDEM libro VI. *Responsorum*.—Fideicommissum a filiis relictum: «si quis ex his sine liberis diem suum obierit», adoptionis commento non excluditur.

77. [75.] IDEM libro VII. *Responsorum*.—Avia, quae nepotem sub conditione emancipationis pro parte heredem instituerat, ita postea codicillis scripsit: «hoc amplius nepoti meo, quam quod (3) eum heredem institui, lego praedia illa»; conditionem emancipationis repetitam videri placet, quamvis avia nullam in legatis, ut in hereditate, substitutionem fecisset. Nam et quum servus pure quidem liber, heres autem sub conditione scriptus, et si heres non extiterit, legatum accipere iussus est, in legato repetitam videri libertatem, Divus Pius rescripsit.

§ 1.—Muciana cautio locum non habet, si per aliam conditionem actio legati differri possit.

§ 2.—«Titio, si mulier non nupserit, heres centum datus; quam pecuniam eidem mulieri Titius restituere rogatus est; si nupserit mulier die legati cedente fideicommissum petet, remoto autem fideicommissio legatarius exemplum Mucianae cautionis non habebit.

§ 3.—Pater exheredatae filiae tutores dedit, eosque, si mater eius, impubere filia constituta, vita decessisset, ad rem gerendam accedere iussit; quum uxori mandatum esset, ut moriens filiae communi decies (4) restitueret, non sub conditione tutores videbuntur dati, nec si quid aliud interea puella quaesisset, eius administratione (5) prohiberi, cautio vero fideicommissi matri remissa. Quocunque (6) indicio voluntatis cautio legatorum vel fideicommissorum remitti potest. Itaque si cautionis non petendae conditio legato vel fideicommissio praescribatur, conditionem ea res non faciet; non enim deficiet, si quis caveri (7) desideraverit, one-

por la estipulación de la caución interpuesta. Pero si en el tiempo intermedio hubiere faltado la caución, que solicitamente había sido exigida, no pagará el heredero con lo suyo, sino que como nada se le puede objetar, será bastante que preste las acciones; pero si, habiendo ido Ticio á Asia, Sempronio hubiere fallecido antes de recibir el legado, se le debería al heredero de éste lo que el difunto pudo pedir.

74. [72.] EL MISMO; *Cuestiones, libro XXXII*.—Se les dejó á una mujer y á Ticio el usufruto, si la mujer no se casare; si la mujer se casare, mientras viviere Ticio, y permaneciere en el mismo estado, tendrá su parte de usufruto; porque se ha de entender que por beneficio de la ley se le concedió del legado á la mujer tanto cuanto tendría, si hubiese cumplido la condición; y si Ticio, respecto del cual faltó la condición, repudiara el legado, esto no le aprovechará á la mujer.

75. [73.] EL MISMO; *Cuestiones, libro XXXIV*.—El término incierto constituye una condición en el testamento.

76. [74.] EL MISMO; *Respuestas, libro VI*.—Un fideicomiso dejado á cargo de los hijos: «si alguno de ellos hubiere fallecido sin hijos», no se extingue con la ficción de la adopción.

77. [75.] EL MISMO; *Respuestas, libro VII*.—Una abuela, que había instituido heredero de parte á su nieto bajo condición de emancipación, escribió después así en los codicilos: «además de que lo instituí heredero, le lego á mi nieto aquellos predios»; parece bien que se considere repetida la condición de la emancipación, aunque la abuela no hubiese hecho en los legados, como en la herencia, ninguna substitución. Porque también cuando un esclavo fuera á la verdad instituido libre puramente, pero heredero bajo condición, y se mandó que si no fuere heredero recibiera un legado, respondió por rescripto el Divino Pio, que se consideraba repetida la libertad en el legado.

§ 1.—La caución Muciana no tiene lugar, si la acción del legado se pudiera diferir por medio de otra condición.

§ 2.—«Dé el heredero ciento á Ticio, si no se casare la mujer»; cuyo dinero se le rogó á Ticio que lo restituyera á la misma mujer; si la mujer se hubiere casado pedirá el fideicomiso al correr el término del legado, pero habiéndose prescindido del fideicomiso el legatario no tendrá el beneficio de la caución Muciana.

§ 3.—Un padre nombró tutores para su hija desheredada, y les mandó que si la madre de ésta hubiese fallecido siendo impubere la hija, se aplicasen á administrar los bienes; habiéndosele mandado á la mujer que al morir restituyese diez á la hija común, no se considerarán dados bajo condición los tutores, y si mientras tanto hubiese adquirido la joven alguna otra cosa, no se le prohíbe su administración, pero se le remite á la madre la caución del fideicomiso. Con cualquier indicio de la voluntad se puede remitir la caución de los legados ó de los fideicomisos. Y así, si en el legado ó en el fideicomiso se prescribe la condición de no

(1) in, insertan acertadamente Hal. y la Vulg.

(2) advivet, por et vivit, Hal.

(3) quanquam, la Vulg.

(4) quinqué, inserta Hal.; deciens quinquies, otros en el mismo.

(5) administrationem, Hal.

(6) enim, insertan Hal. y la Vulg.

(7) eam, por caveri, Hal. y la Vulg.

re cautionis non secuto; quod adversus invitum hodie iure publico sequi non potest, postquam remitti posse cautionem placuit (1),

78. [76.] IDEM libro IX. *Responsorum.*—quum pupillus aut tutor eius conditionem in personam pupilli collatam impedit, tam legati, quum libertatis, iure communi conditio impleta esse videtur.

§ 1.—Disiunctivo modo conditionibus adscriptis alteram defecisse non oberit, altera vel postea impleta; nec interest, in potestate fuerint accipientis condiciones, an in eventum collatae.

79. [77.] IDEM libro I. *Definitionum.*—«Heres meus, quum morietur Titius, centum ei dato»; purum legatum est, quia non conditione, sed mora suspenditur; non potest enim conditio non existere.

§ 1.—«Heres meus quum ipse morietur, centum Titio dato»; legatum sub conditione relictum est; quamvis enim heredem moriturum certum sit, tamen incertum est, an legatario vivo dies legati non cedet (2), et non est certum, ad eum legatum perventurum.

§ 2.—Qui post Mucianam cautionem interpositam legatum accepit, si contra cautionem aliquid fecerit, stipulatione commissa etiam fructus (3) heredi restituet; hoc enim legatarius et in exordio cavere cogitur.

§ 3.—Quamvis ususfructus, quum morietur legatarius, inutiliter legetur, tamen cautionis Mucianae remedium usufructu quoque sub conditione (4) alicuius non faciendi legato locum habet.

§ 4.—Quod in fraudem legis ad impediendas nuptias scriptum est, nullam vim habet, veluti: «Titio patri centum, si filia, quam habet is in potestate, non nupserit, heres dato», vel: «filiofamilias, si pater eius uxorem non duxerit, heres dato».

80. [78.] SCAEVOLA (5) libro VIII. *Quaestionum.*—Eas causas, quae protinus agentem repellunt, in fideicommissis non pro conditionalibus observari oportet, eas vero, quae habent moram cum sumtu admittimus cautione oblata; nec enim parem dicemus eum cui ita datum sit: «si monumentum fecerit», et eum, cui datum est: «ut monumentum (6) faciat».

81. [79.] PAULUS libro XXI. *Quaestionum.*—Iulius Paulus Nymphidio (7). Quaesisti, si ita in testamento cautum esset: «Stichus, si rationes reddiderit, cum contubernali sua liber esto, iisque decem heres dato», an Stichus mortuo, antequam rationes redderet, vel pariatore (8), vel reliqua habente, libera esset mulier, et an de legato idem accipiamus. Libertate data «si rationes reddiderit»,

pedir caución, esto no constituirá una condición; porque no faltará, si alguno hubiere deseado que se dé la caución, no habiéndose seguido la carga de la caución; lo que hoy no puede suceder por derecho público contra el que no quiere, después que se determinó que se pudiese remitir la caución,

78. [76.] EL MISMO; *Respuestas, libro IX.*—pues cuando el pupilo ó su tutor impide la condición referida á la persona del pupilo, se considera por derecho común que se cumplió la condición, tanto del legado, como de la libertad.

§ 1.—Habiéndose puesto condiciones en modo disyuntivo no perjudicará que haya faltado la una, habiéndose cumplido la otra aunque después; y no importa que las condiciones hayan estado en la potestad del que recibe, ó sido referidas á un hecho eventual.

79. [77.] EL MISMO; *Definiciones, libro I.*—«Cuando muera Ticio déle ciento mi heredero»; el legado es puro, porque se suspende no por una condición, sino por una demora; porque la condición no puede no cumplirse.

§ 1.—«Cuando el mismo muera dé mi heredero ciento á Ticio»; el legado fué dejado bajo condición; porque aunque sea cierto que el heredero habrá de morir, es sin embargo incierto si el término del legado no correrá viviendo el legatario, y no es cierto que á él haya de ir el legado.

§ 2.—El que recibió un legado después de haberse interpuesto la caución Muciana, si hiciere algo contra la caución, restituirá, habiendo incurrido en la estipulación, también los frutos al heredero; porque de esto es obligado el legatario á dar caución aun desde el principio.

§ 3.—Aunque se legue inutilmente el usufruto para cuando muriere el legatario, sin embargo tiene lugar el remedio de la caución Muciana también habiéndose legado el usufruto bajo la condición de no hacer alguna cosa.

§ 4.—No tiene fuerza alguna lo que en fraude de la ley se escribió para impedir las nupcias, por ejemplo: «déle el heredero ciento á Ticio, padre, si no se casare la hija, que él tiene bajo su potestad», ó: «déle el heredero al hijo de familia, si su padre no tomare mujer».

80. [78.] SCÆVOLA; *Cuestiones, libro VIII.*—No se deben considerar como condicionales en los fideicomisos las causas que inmediatamente repelen al actor, pero admitiremos, habiéndose ofrecido caución, las que tienen mora con gasto; porque no diremos que son iguales este á quien se haya dado así: «si hubiere hecho un monumento», y este, á quien se le dió: «para que haga un monumento».

81. [79.] PAULO; *Cuestiones, libro XXI.*—Julio Paulo á Ninfidio. Preguntaste, si, habiéndose dispuesto así en el testamento: «si hubiere rendido las cuentas, sea libre Stico juntamente con su compañera, y déles diez el heredero», y muerto Stico antes de que rindiese las cuentas, ó estando liquidado, ó teniendo los sobrantes, sería libre la mujer, y si admitimos lo mismo respecto al legado.

(1) Br. considera postquam — placuit, añadidas por antiguos copistas, pero no Taur.

(2) Hal. Vulg.; cedit, el código Fl.

(3) filio, inserta la Vulg.

(4) Hal.; conditionem, el código Fl.

(5) Idem, Hal.

(6) non, insertan Hal. Vulg.

(7) Br. según enmienda; Nymphidio, el código Fl.; Aufidio, Hal.

(8) paria vel, otros en Hal.

hanc (1) conditionem rationum reddendarum, ut iussus videatur reliqua reddere, si qua habet, cum fide actus sui; quae si nulla sunt, pure accepisse libertatem videbuntur, et si post aditam hereditatem decessit, competente libertate etiam legatum eos secutum est. Quodsi, quum adhuc reliqua haberet, decessit, sub eadem conditione et contubernalis eius libertatem accepisse videtur, et defecta videbitur conditione. Sed non ineleganter illud dicitur, Stichum quidem sub conditione manumissum, contubernalem autem eius pure, et illam coniunctionem non ad coniungendam conditionem, sed ad necessitudinem demonstrandam pertinere.

§ 1.—Tunc demum pro impleta habetur conditio, quum per eum stat, qui, si impleta esset, debitorus erat.

82. [80.] CALLISTRATUS libro II. *Quaestio-num.*—Quum servus ita liber esse iussus sit: «si rationes reddiderit», eique fundum heres dare damnas sit (2), videamus, utrum conditio libertati praeposita sit, an vero et legato. Et quidem si libertati soli accipiamus praepositam, nullus tractatus amplius superest, nam legatum purum invenitur, et ideo inutile fit; quodsi conditio etiam legato insita sit, quod quidam recte putant, simul cum libertate dies quoque legati utiliter cedit. Quid ergo continetur his verbis: «si rationes reddiderit—?» Quidam hoc aiunt: «si reliqua reddiderit», quasi nihil intersit, utrum sub hac conditione: «si reliqua», vel sub (3) hac: «si rationes reddiderit». Sed nos neque conditionem meram putamus esse, quae in datione existit, neque meram conditionem, quae in facto sit, sed eam conditionem, quae ex mixtura quadam consistit; nam non utique, si ille in folle reliqua obtulerit, liber erit. Non enim testator hoc sensit, sed illud, ut rationes reddat, quomodo servus reddere solet, id est, legendas offerre rationes primum, deinde computandas, ut explorari possit, imputationes (4) probe, an improbe referantur, accepta recte relata, an non recte. Ita enim incipit quidem res a facto, pervenit autem ad pecuniam. Inest his verbis etiam, heredes notitia instrui rationum, ut sciant, quid in quaque ratione scriptum sit; nam quod ipse vivus facturum erat, ab heredibus suis fieri iussisse intelligitur. Ille autem utique non sic solebat servo suo, ostendenti reliqua (5), rationes subscribere, sed ita, ut legeret, examinaret, exciperet (6). Itaque quum servo sub hac conditione testamento libertas datur: «si rationes reddiderit», non hanc solum habet significationem, si cautiones instrumentaque omnia actus sui exhibuerit heredi, sed et si reliqua solverit.

83. [81.] PAULUS libro XII. *Responsorum.*—

(1) *Sobreentiéndase dico: Hac conditione [rationum reddendarum iussus videtur reliqua, Hal.*

(2) esto, *Hal.*

(3) *La Vulg;* si, por sub, *Taur. según la escritura original;* si, omitela según corrección del código *Fl., Br.*

Habiéndose dado la libertad «si hubiere rendido las cuentas», esta condición de que rinda las cuentas sirve para que se considere que se le mandó que entregase los sobrantes, si algunos tiene, con la fidelidad de su administración; y si no hay ninguno, se considerará que recibieron puramente la libertad, y si falleció después de adida la herencia, compitiéndoles la libertad también les siguió el legado. Pero si falleció teniendo todavía algunos remanentes, se considera que también su compañera recibió la libertad bajo la misma condición, y se considerará que respecto de ella se faltó á la condición. Pero no sin discreción se dirá esto, que Stico ciertamente fué manumitido bajo condición, pero que su compañera lo fué puramente, y que aquella conjunción no sirve para unir la condición, sino para demostrar el parentesco.

§ 1.— Se tiene por cumplida la condición siempre y cuando consiste en quien habia de deber, si hubiese sido cumplida.

82. [80.] CALISTRATO; *Cuestiones, libro II.*— Cuando así se haya mandado que un esclavo sea libre: «si hubiere dado las cuentas», y el heredero haya sido condenado á darle un fundo, veamos si la condición haya sido puesta para la libertad, ó si también para el legado. Y, á la verdad, si la entendiéramos puesta sólo para la libertad, ya no queda ningún otro examen, porque se halla que el legado es puro, y por lo tanto se hace inútil; pero si la condición hubiera sido puesta también para el legado, lo que con razón opinan algunos, juntamente con la libertad corre útilmente también el término del legado. Luego, ¿qué se comprenderá en estas palabras: «si hubiere dado las cuentas»? Unos dicen esto: «si hubiere entregado los remanentes», como si ninguna diferencia hubiera entre esta condición: «si hubiere entregado los remanentes», y esta: «si hubiere dado las cuentas». Pero nosotros no creemos que es mera condición, que consiste en dar, ni mera condición, que consiste en un hecho, sino condición que consiste en algo que es mixto; porque no será ciertamente libre, si él ofreciere en una bolsa los remanentes. Porque el testador no entendió esto, sino que diera las cuentas como suele darlas un esclavo, esto es, que ofreciera las cuentas primeramente para leerlas, después para calcularlas, para que se pueda examinar, si con probidad ó sin ella se anotan las partidas, y si los ingresos se anotan bien ó mal. Así, pues, la cosa comienza ciertamente por un hecho, pero llega á una cantidad de dinero. Se comprende también en estas palabras, que se instruya á los herederos con noticia de las cuentas, para que sepan qué se ha escrito en cada cuenta; porque se entiende que mandó que se haga por sus herederos lo que él mismo habia de hacer en vida. Mas él ciertamente no solia suscribirle así las cuentas á su esclavo, que le presentaba los remanentes, sino de este modo, leyéndolas, examinándolas, y poniéndoles reparos. Y así, cuando á un esclavo se le da en el testamento la libertad bajo esta condición: «si hubiere dado las cuentas», no tiene ella esta sola significación, si le exhibiere al heredero las cauciones y todos los instrumentos de su administración, sino si entregare también los remanentes.

83. [81.] PAULO; *Respuestas, libro XII.*—Lucio

(4) computaciones, *la Vulg.*

(5) reliquas, *la Vulg.*

(6) *Taur. según corrección del código Fl.; exciperet, la escritura original, Br.*

Lucius Titius ita testamentum fecit: «Aurelius Claudius natus ex illa muliere, si filium meum se esse iudici probaverit, heres mihi esto»; Paulus respondit, filium, de quo quaereretur, non sub ea conditione institutum videri, quae in potestate eius est, et ideo testamentum nullius esse momenti.

84. [82.] IDEM libro XIV. *Responsorum*.—«Illis libertis alimentorum nomine, si cum filio meo morati fuerint, menstros denarios centenos et vestiaria dari volo»; liberti in obsequio fuerunt, quamdiu adolescens ad militiam promoveretur; quae causa effectum est, ut quibusdam Romae relictis proficisceretur, et apud castra defunctus est; quaesitum est, an ab heredibus eius alimenta debeantur. Paulus respondit, conditionem quidem in persona libertorum, qui cum filio defuncti morati sunt, aut per quos (1) non stetit, quominus morarentur, mortuo filio testatoris defecisse non videri; sed si testator propter filii utilitatem his, qui cum eo morati fuissent, alimenta praestari voluit, contra voluntatem defuncti petentes audiri non oportere.

85. [83.] SCAEVOLA libro III. *Responsorum*.—Titia heredis instituti liberos habentis filii fidei commisit, uti rem eius universam restitueret filiis eius, liberisve (2) eorum, quum ipsi petiissent, sine ulla iuris cavillatione; quaero, an his verbis: «quum illi a te petierint», conditio fideicommisso adscripta videatur. Respondit, non videri.

86. [84.] MAECIANUS (3) libro III. *Fideicommissorum*.—Julianus noster, eum, qui decem dare, et ita liber esse iussus esset, si a vivente manumissus esset, non aliter legatum, quod ei cum libertate datum esset, habiturum, quam si conditioni libertatis paruisset; item in emtore (4), si alienatus esset. Sed id tunc locum habet, quum omnimodo simul cum libertate legatum acquiri potuit, licet legato imposita non sit, veluti quum in tempus libertatis legatum collatum esset. Quum vero libertas sub conditione, legatum autem praesenti die datum est, in hoc quaestio est, an constiterit legatum. Etenim nec Catonianae sententiae locum in proposito esse, quia etsi statim testator decessisset, non tamen omnimodo inutile esset legatum, quum posset conditio libertatis ante aditam hereditatem impleri, et legatum manumisso deberi, nisi forte necessarius heres extitisset; tunc enim omnimodo inutile erit legatum iure ipso, quia sub conditione acceperit libertatem.

87. [85.] VALENS libro I. *Fideicommissorum*.—Quod traditum est, in legatis novissimam, in libertatibus levissimam conditionem spectandam esse,

88. [86.] GAIUS libro I. *Fideicommissorum*.—id est, quae ipsi servo commodior sit,

Ticio hizo así testamento: «Sea mi heredero Aurelio Claudio, nacido de tal mujer, si le probare al juez que él es hijo mío»; Paulo respondió, que no consideraba que el hijo de que se trataba fué instituido bajo condición que está en su potestad, y que por lo tanto el testamento era de ningún valor.

84. [82.] EL MISMO; *Respuestas, libro XIV*.—«Quiero que á aquellos libertos se les den á título de alimentos cien denarios mensuales y el vestido, si vivieren con mi hijo»; los libertos cumplieron su deber hasta que el adolescente fué promovido á la milicia; por cuya causa sucedió, que, habiendo dejado algunos en Roma, partió, y murió en el campamento; se preguntó, si por sus herederos se deberán los alimentos. Paulo respondió, que, muerto el hijo del testador, no se consideraba ciertamente que hubiera faltado la condición respecto á la persona de los libertos, que habitaron con el hijo del difunto, ó respecto de aquellos en quienes no consistió que no habitaran; pero que si el testador quiso que por utilidad del hijo se les prestaran los alimentos á los que con él hubiesen habitado, no debían ser oídos los que piden contra la voluntad del difunto.

85. [83.] SCAEVOLA; *Respuestas, libro III*.—Ticia encomendó á la fidelidad de su hijo, que tenía descendientes, instituido heredero, que restituyese todos sus bienes á los hijos del mismo, ó á los descendientes de estos, cuando ellos lo hubiesen perdido, sin ninguna cavilación de derecho; preguntó, si con estas palabras: «cuando ellos te lo hubieren perdido», se considerará añadida una condición al fideicomiso. Respondió, que no se consideraba.

86. [84.] MECIANO; *Fideicomisos, libro III*.—Dice nuestro Juliano, que aquel á quien se le mandó que diera diez, y que así fuese libre, si hubiese sido manumitido por el testador en vida, no habrá de tener el legado, que con la libertad se le hubiese legado, de otro modo sino si hubiese cumplido la condición de la libertad; y lo mismo respecto al comprador, si hubiese sido enajenado. Pero esto tiene lugar siempre y cuando de todos modos se pudo adquirir el legado juntamente con la libertad, aunque no haya sido impuesta al legado, por ejemplo, cuando el legado hubiese sido referido al tiempo de la libertad. Pero cuando la libertad fué dada bajo condición, y el legado de presente, estriba la cuestión en si subsistirá el legado. En efecto, en el caso presente no tiene lugar la regla Catoniana, porque aunque el testador hubiese fallecido inmediatamente, no sería, sin embargo, enteramente inútil el legado, pudiéndose cumplir la condición de la libertad antes de ser adida la herencia, y deber el legado al manumitido, á no ser acaso que hubiese quedado heredero necesario; pues entonces el legado será enteramente inútil de derecho; porque habrá recibido la libertad bajo condición.

87. [85.] VALENTE; *Fideicomisos, libro I*.—Lo que se ha dicho, que en los legados se ha de atender á la última condición, y en las libertades á la menos gravosa,

88. [86.] GAYO; *Fideicomisos, libro I*.—esto es, á la que sea más cómoda para el mismo esclavo,

(1) Según nuestra *er mienda*; eos, el código *Fl*.
(2) libertisve, *Hal*.

(3) Marcellus, *Hal*.; Martianus, *la Vulg*.
(4) *Hal*. *Vulg*.; emtorem, el código *Fl*.

89. [87.] VALENS libro I. Fideicommissorum. — non ad ea duntaxat pertinet, quae saepius sub diversis conditionibus, sed etiam, quae primo pure, deinde sub conditione dantur. Itaque quod heres pure dare iussus est, quodve pure legatum est, quum id ex intervallo (1) sub conditione legatum est, posterius valet. Si prius sub conditione, deinde pure legatum est, praesens debetur. Quodsi pure legatum, ex continenti heres sub conditione damnatus aut rogatus est dare, perinde est, ac si iuncta subiecta scriptura idem legatum esset, vel ut praesens vindicari, si hoc voluerit legatarius, vel, quum conditio extiterit, ab herede peti possit, nisi commemoratione superioris legati posterius scriptum fuerit, velut: «Stichum, quem illi legavi, heres meus ei, si illud factum erit, dato»; tunc enim revocandi animo praesens legatum, et sub conditione dandi ita scripsisse videbitur; et si ante conditionem rem vindicet, doli exceptio locum habere poterit.

90. [88.] GAIUS libro I. Fideicommissorum. — Per fideicommissum varie data libertate non levissima spectanda est, sed novissima, quia posterior voluntas potior haberi debet; cui consonat etiam Rescriptum Divi Antonini.

91. [89.] MAECIANUS (2) libro II. Fideicommissorum. — Conditionum, quae in futurum conferuntur, triplex natura est, ut quaedam ad id tempus, quo testator vivat, quaedam ad id, quod post mortem eius futurum sit, quaedam ad (3) alterutrum pertineant, tempus autem vel certum, vel infinitum comprehendatur. Quae omnia non minus in fideicommissis, quam in institutionibus ac legatis incidere solent, ut haec conditio: «Titiae, si mihi nupserit», non dubie, nisi vivente testatore, illa autem: «si ad exsequias funeris mei venerit», nisi post mortem, impleri non possit, illa vero: «si filio meo nupserit», vel vivente, vel mortuo testatore impleri possit. Et prima quidem ac tertia ex relatis conditionibus infinitum tempus habent, quandoque enim nupserit, impletur conditio, secunda ad certum tempus adscripta est.

92. [90.] ULPIANUS libro V. Fideicommissorum. — Si cui legatum fuerit relictum, isque rogatus sit liberos suos emancipare, an cogi debeat manumittere. Et retineo, me dixisse, defici (4) eos a petitione fideicommissi; neque enim Praetor fideicommissarius eos ad libertatem tuctur, ut servos. Papinianum quoque libro nono Responsorum scribere referebam, non esse cogendum emancipare filios suos. Arbitror tamen extra ordinem debere constitui, eum, qui agnovit id, quod sibi relictum est hac contemplatione, ut liberos suos emanciparet, cogendum emancipare; neque enim debet circumveniri testantium voluntas. Sic deinde hoc accipiendum, quemadmodum si sub conditione liberorum emancipandorum ei fuisset legatum, vel

89. [87.] VALENTE; Fideicommissos, libro I. — no se refiere solamente á los que se dan muchas veces bajo diversas condiciones, sino también á los que primero puramente, y después bajo condición. Y así, lo que al heredero se le mandó dar puramente, ó lo que fué legado puramente, cuando después de un intervalo fué legado bajo condición, es válido en la forma posterior. Si primero fué legado bajo condición, y después puramente, se debe de presente. Mas si se legó puramente, é inmediatamente se condenó ó se rogó al heredero para que lo diera bajo condición; es lo mismo que si se hubiese legado la misma cosa habiéndose añadido la siguiente cláusula, ó para que pueda ser reivindicado de presente, si así lo quisiera el legatario, ó para que pueda ser pedido al heredero cuando se haya cumplido la condición, á no ser que el posterior haya sido escrito con mención del legado anterior, por ejemplo: «déle mi heredero el esclavo Stico, que le legué, si se hubiere hecho tal cosa»; porque entonces se considerará que escribí así con intención de revocar el legado de presente, y de darlo bajo condición; y si se reivindicara la cosa antes de cumplida la condición, podrá tener lugar la excepción de dolo.

90. [88.] GAYO; Fideicommissos, libro I. — Habiéndose dado por fideicomiso la libertad de varios modos, no se ha de atender á la condición menos gravosa, sino á la última, porque debe ser considerada preferida la última voluntad; con lo cual concuerda también el Rescripto del Divino Antonino.

91. [89.] MECIANO; Fideicommissos, libro II. — Triple es la naturaleza de las condiciones que se refieren á lo futuro, de suerte que unas corresponden al tiempo en que vive el testador, otras al que haya de seguir después de su muerte, y otras á ambos, comprendiéndose un tiempo cierto, ó indefinido. Todo lo cual suele tener lugar no menos en los fideicomisos que en las instituciones y en los legados, de suerte que esta condición: «á Ticia, si se hubiere casado conmigo», sin duda que no se puede cumplir sino viviendo el testador; pero esta: «si fuere á las exequias de mi funeral», no se podría cumplir á no ser después de la muerte; mas esta: «si se casare con mi hijo», se podría cumplir ó viviendo, ó muerto el testador. Y, á la verdad, la primera y la tercera de las mencionadas condiciones tienen tiempo indefinido, porque en cualquier tiempo en que se casare se cumple la condición, y la segunda está sujeta á un tiempo cierto.

92. [90.] ULPIANO; Fideicommissos, libro V. — Si se hubiere dejado un legado á alguien, y á este se le hubiera rogado que emancipara á sus propios hijos, ¿deberá ser obligado á manumitirlo? Y recuerdo que dije que éstos carecen de acción para pedir el fideicomiso; porque ni el Pretor fideicomisario los ampara para la libertad, como á los esclavos. Decía yo que también Papinianus escribió en el libro noveno de las Respuestas, que no ha de ser obligado á emancipar á sus hijos. Pero juzgo que extraordinariamente se debe determinar, que el que aceptó lo que se le dejó con la mira de que emancipara á sus hijos, ha de ser obligado á emanciparlos; porque no debe ser defraudada la voluntad de los testadores. Finalmente, esto se ha de

(1) Se opone al ex continenti, que se lee luego.

(2) Martianus, Hal.

(3) Hal. Vulg.; ad, omitela el código Fl.

(4) deficere, Hal. y la Vulg.

ita relictum, ut eos emanciparet. Cui rei consequens est, quod Divus Severus rescripsit; nam quum quaedam mulier nepotes suos heredes instituisset, et ipsum filium coheredem filiis suis dedisset, eosque invicem substituisset, rogassetque filium, ut filios emanciparet, non autem rogasset, ut hereditatem iis restitueret, ex auctoritate Divi Severi emancipare eos compulsus est, hisque restituere hereditatem; et adiectum est, ut (1) si tardius id faceret, quasi ex mora usuras praestitutum; videri enim eum, qui moram faceret emancipationi, moram restitutioni fideicommissi etiam (2) facere.

93. [91.] PAPINIANUS libro VIII. Responsorum.—Mater (3) filio suo coheredes sine ulla conditione filias ipsius dedit, ac petiit (4), ut filias suas emanciparet, ita ut curatores a Praetore acciperent; filii videri fidei commissis placuit, ut eas sui iuris constitutas ad hereditatem aviae pervenire pateretur; nec ad rem pertinere, si portionem filiarum iure substitutionis quaesisset.

94. [92.] HERMOGENIANUS libro I. Iuris Epitomarum.—Quum ita datur libertas: «si Titio, qui non est heres, decem dederit», certa persona demonstratur, ac propterea in persona (5) eius tantum conditio impleri potest. Sane si, quum cesserit dies, pecuniam conditioni comprehensam statuliber habuerit, iure constituto nulli dando consequitur libertatem. Diversa causa est legatarii, in cuius persona placuit conditionem deficere, si, antequam dederit legatarius pecuniam, Titius moriatur.

§ 1.—Ex his verbis: «si heredi», vel: «si heredi (6) Titio decem dederit, liber esto», non tantum heredi, sed etiam heredis heredi dando pervenit ad libertatem; at si nullus heredi successerit, iure constituto nulli dando ad libertatem perveniet.

95. [93.] IDEM libro IV. Iuris Epitomarum.—Legatum sub conditione relictum, et ad alium translatum, si non conditio personae cohaereat, sub eadem conditione translatum videtur.

96. [94.] PAULUS libro I. ad Neratium.—Titio usufructus servi legatus est, et, si ad eum pertinere desiisset, libertas servo data est; Titius vivo testatore decessit; libertas non valet, quia conditio nec initium accepit. Paulus: ergo et si viveret Titius, et capere non potest, idem dicendum est; desiisse enim (7) non videtur, quod nec incipit.

§ 1.—Servi usufructus mulieri, quoad vidua esset, legatus, idem servus, si ea nupsisset, liber

entender así, como si se hubiese hecho el legado bajo la condición de emancipar á los hijos, ó se le hubiese dejado de este modo, para que los emancipase. A lo cual es consiguiente lo que respondió por rescripto el Divino Severo; pues habiendo cierta mujer instituido herederos á sus nietos, y dado á sus hijos como coheredero el mismo hijo, y habiéndolos substituido reciprocamente, y habiéndole rogado al hijo que emancipase á los hijos, no habiéndole, sin embargo rogado, que les restituyese la herencia, fué compelido por la autoridad del Divino Severo á emanciparlos, y á restituirles la herencia; y se añadió, que si esto lo hiciese tardíamente, habría de pagar intereses como por morosidad; porque se consideraba que el que causase mora para la emancipación, también causaba mora para la restitución del fideicomiso.

93. [91.] PAPINIANO; Respuestas, libro VIII.—Una madre dió á su hijo como coherederos sin ninguna condición las hijas del mismo, y le pidió que emancipase á sus propias hijas, de suerte que del Pretor recibiesen curadores; se determinó, que se consideraba que encomendó á la fidelidad del hijo que consintiese que constituidas ellas de propio derecho llegaran á la herencia de la abuela; y que no hacía al caso que hubiese adquirido la porción de las hijas por derecho de substitución.

94. [92.] HERMOGENIANO; Epítome del Derecho, libro I.—Cuando así se da la libertad: «si á Ticio, que no es heredero, le hubiere dado diez», se designa una persona cierta, y por lo tanto sólo en esta persona se puede cumplir la condición. Ciertamente, si cuando comenzare el término el instituido libre bajo condición tuviere el dinero comprendido en la condición, consigue por derecho establecido la libertad sin dárselo á nadie. Diversa situación es la del legatario, respecto á cuya persona se determinó que faltaba la condición, si Ticio muriese antes que el legatario hubiere dado el dinero.

§ 1.—En virtud de estas palabras: «si al heredero», ó «si á Ticio, heredero, le hubiere dado diez, sea libre», llega á la libertad no sólo dándolos al heredero, sino también al heredero del heredero; mas si ninguno le hubiese sucedido al heredero, por derecho establecido llegará á la libertad sin dárselos á nadie.

95. [93.] EL MISMO; Epítome del Derecho, libro IV.—El legado dejado bajo condición, y transferido á otro, si la condición no fuese inherente á la persona, se considera transferido bajo la misma condición.

96. [94.] PAULO; Comentarios á Neracio, libro I.—Se legó á Ticio el usufruto de un esclavo, y, si hubiese dejado de pertenecerle, se le dió la libertad al esclavo; falleció Ticio en vida del testador; no es válida la libertad, porque la condición aun no tuvo principio. Paulo dice: luego también si viviera Ticio, y no puede adquirir, se ha de decir lo mismo; porque no se considera que dejó de ser, lo que no empieza.

§ 1.—Se legó á una mujer el usufruto de un esclavo, mientras estuviese viuda, y se mandó, que,

(1) ut, omitenla acertadamente Hal. y la Vulg.

(2) Hal.; eam, por etiam, el códice Fl.

(3) Pater, Hal.

(4) Hal.; petit, el códice Fl.

(5) Hal. Vulg.; personam, el códice Fl.

(6) si heredi, según la Vulg.

(7) Taur. según corrección del códice Fl.; etin, la escritura original, Br.

esse iussus est; si mulier nupserit, liber erit, quia potior est legato libertas.

97. [95.] IDEM libro II. ad Neratium.— Municipibus, si iurassent, legatum est; haec conditio non est impossibilis. Paulus: quemadmodum ergo pareri potest (1)? Per eos itaque iurabunt, per quos municipii res geruntur.

98. [96.] IDEM libro III. ad Neratium.— Mea res sub conditione legari mihi potest, quia in huiusmodi legatis non testamenti facti tempus, sed conditionis expletiae spectari oportet.

99. [97.] PAPINIANUS libro XVIII. Quaestio-num.—Conditiones extrinsecas, non ex testamento venientes, id est, quae tacite inesse videantur, non faciunt legata conditionalia.

100. [98.] IDEM libro VII. Responsorum.— Ticiae, si non nupserit, ducenta, si nupserit, centum legavit; nupsit mulier; ducenta, non etiam centum residua petat; ridiculum est enim, eandem et ut viduam, et ut nuptam admitti.

101. [99.] IDEM libro VIII. Responsorum.— Pater Severianam (2) Proculam Aelio Philippo cognato nuptiis testamento designavit, eidem filiae praedium, si Aelio Philippo nupsisset, verbis fideicommissi reliquit; quodsi non nupsisset, idem praedium Philippo dari voluit; nondum viripotens puella diem suum obiit. Respondi, quum in conditionibus testamentorum voluntatem potius, quam verba considerari oporteat, Aelio Philippo fideicommissum ita datum videri, si ei Procula, defuncti filia, nubere noluisset; quare quum ea, priusquam viripotens fieret, vita decesserit, conditionem extitisse non videri.

§ 1.—Ita fideicommissum dato: «volo restituas, si sine liberis decedas», conditio deficit ex voluntate vel uno filio superstite relicto.

§ 2.—Conditionum verba, quae testamento praescribuntur, pro voluntate considerantur; et ideo, quum tutores testamento dati, quoniam interea puer adoleverat, id egerint, ut curatores ipsi constituerentur, conditio fideicommissi talis praescripta: «si tutelam in annum octavum decimum gesserint», defecisse non videbitur.

§ 3.—Socrus nurui fideicommissum ita reliquerat: «si cum filio meo in matrimonio perseveraverit»; divortio sine culpa viri post mortem socrus facto defecisse conditionem respondi, nec ante diem fideicommissi cedere, quam mori coeperit nupta, vel maritus; et ideo nec Mucianam cautionem locum habere, quia morte viri conditio possit existere.

(1) conditioni, inserta la Vulg.
(2) Severianam, Hal. y la Vulg.

si ella se hubiese casado, fuese libre el mismo esclavo; si la mujer se hubiere casado, será libre, porque la libertad es preferente al legado.

97. [95.] EL MISMO; Comentarios á Neracio, libro II.—Se hizo un legado á los individuos de un municipio, si hubiesen jurado; esta condición no es imposible. Y pregunta Paulo: ¿pero de qué modo puede ser cumplida? Así, pues, jurarán por ellos aquellos por quienes son administrados los intereses del municipio.

98. [96.] EL MISMO; Comentarios á Neracio, libro III.—Se me puede legar bajo condición una cosa mía, porque en semejantes legados no se debe atender al tiempo en que se hizo el testamento, sino á aquel en que se cumplió la condición.

99. [97.] PAPINIANO; Cuestiones, libro XVIII.—Las condiciones extrinsecas, no provenientes del testamento, esto es, las que se consideran que tácitamente son inherentes, no hacen condicionales los legados.

100. [98.] EL MISMO; Respuestas, libro VII.—Uno legó doscientos á Ticia, si no se casare, ciento, si se casare; la mujer se casó; pida los doscientos, no también los ciento restantes; porque es ridículo que ella misma sea admitida como viuda y como casada.

101. [99.] EL MISMO; Respuestas, libro VIII.—Un padre designó en su testamento á Severiana Prócula para contraer nupcias con su cognado Elio Filipo, y con palabras de fideicomiso le dejó á la misma hija un predio, si se hubiese casado con Elio Filipo; pero si no se hubiese casado, quiso que el mismo predio fuese dado á Filipo; la doncella falleció no siendo todavía casadera. Respondi, que como en las condiciones de los testamentos se debe considerar más bien la voluntad que las palabras, se considera que el fideicomiso se le dió á Elio Filipo de este modo, si Prócula, la hija del difunto, no hubiese querido casarse con él; por lo cual, como ella haya fallecido antes de llegar á ser casadera, no se considera que se cumplió la condición.

§ 1.—Dado así un fideicomiso: «quiero que lo restituyas, si fallecieras sin hijos», falta la condición según la voluntad, aunque sólo se haya dejado un sólo sobreviviente.

§ 2.—Las palabras de las condiciones, que se prescriben en un testamento, son consideradas con arreglo á la voluntad; y por lo tanto, cuando los tutores nombrados en el testamento hubieren hecho que ellos mismos fuesen constituidos curadores, porque en el intermedio el niño se había hecho adolescente, esta condición prescrita para un fideicomiso: «si hubieren administrado la tutela hasta los dieciocho años», no se considerará que faltó.

§ 3.—Una suegra había dejado á su nuera un fideicomiso de este modo: «si hubiere continuado en matrimonio con mi hijo»; habiéndose verificado sin culpa del marido el divorcio después de la muerte de la suegra, respondi que faltó la condición, y que el término del fideicomiso no corre antes que haya comenzado á estar muerta la mujer casada, ó el marido; y por lo tanto, que tampoco tiene lugar la caución Muciana, porque podría cumplirse la condición con la muerte del marido.

§ 4.—Fideicommissa menstrua et annua sub ea conditione liberto relicta: «quamdiu res patroni filiae gesserit», etsi praestari necesse est, filia prohibente res suas administrari, tamen voluntatem filia mutante conditionem resumunt, quoniam plura sunt.

§ 4.—Los fideicomisos mensuales y anuales dejados á un liberto bajo esta condición: «mientras administrare los bienes de la hija del patrono», aunque es necesario darlos, prohibiendo la hija que se administren sus bienes, sin embargo, cambiando de voluntad la hija recobran la condición, porque son muchos los fideicomisos.

102. [100.] IDEM libro IX. *Responsorum*.—Quum avus filium ac nepotem ex altero filio heredes instituisset, a nepote petiit (1), ut, si intra annum trigesimum moreretur, hereditatem patruo suo restitueret; nepos liberis relictis intra aetatem suprascriptam vita decessit; fideicommissi conditionem coniectura pietatis respondi defecisse, quod minus scriptum, quam dictum fuerat, inveniretur.

102. [100.] EL MISMO; *Respuestas, libro IX*.—Habiendo un abuelo instituido herederos á un hijo y á un nieto habido de otro hijo, le pidió al nieto, que, si muriese dentro de los treinta años, restituyese la herencia á su tío paterno; el nieto falleció dentro de la mencionada edad habiendo dejado hijos; respondi, que por conjetura de piedad faltó la condición del fideicomiso, porque se entendería que se había escrito menos que se había dicho.

103. [101.] PAULUS libro XIV. *Quaestionum*.—Si ita legatum sit: «Titio post decem annos dato, si satis ab herede non exegerit», et Titius intra decimum annum decesserit, ad heredem suum transmittat legatum, quia moriente eo conditio extitit.

103. [101.] PAULO; *Cuestiones, libro XIV*.—Si se hubiera legado así: «déle á Ticio después de diez años, si no pidiere fianza al heredero», y Ticio hubiere fallecido dentro de los diez años, transmite el legado á su heredero, porque muriendo él se cumplió la condición.

104. [102.] IDEM libro XIV. (2) *Responsorum*.—Eum, qui post apertum testamentum deportatus et restitutus est, fideicommissum petere posse, cuius conditio postea extitit, quam civitatem Romanam recipiat.

104. [102.] EL MISMO; *Respuestas, libro XIV*.—El que después de abierto el testamento fué deportado y restituido, puede pedir el fideicomiso, cuya condición se cumplió después que recobre la ciudadanía romana.

105. [103.] POMPONIUS libro V. *Epistolarum*.—Si fundum a testatore sub conditione legatum heres alii pendente conditione legavit, post existentem conditionem, quae priori testamento praeposita fuerat, neque proprietas a priore legatario recedit, nec locum religiosum in eo fundo heres facere, nec servitutem imponere poterit; sed et imposita servitus finietur existente conditione.

105. [103.] POMPONIO; *Epistolas, libro V*.—Si él heredero legó á otro, estando pendiente la condición, el fundo legado bajo condición por el testador, después de cumplida la condición, que se había puesto en el primer testamento, ni se separa del primer legatario la propiedad, ni el heredero podrá hacer religioso un lugar en aquel fundo, ni imponerle servidumbre; sino que hasta la servidumbre impuesta se extinguirá al cumplirse la condición.

106. [104.] IULIANUS libro XXV. *Digestorum*.—Hoc genus legati: «si Titio non nupserit», perinde habendum est, ac si post mortem Titii legatum fuisset, et ideo nec Muciana satisfactione interposita capere legatum potest; sed et alii nubendo, nihilo minus legatum consequitur.

106. [104.] JULIANO; *Digesto, libro XXV*.—Este género de legado: «Si no se hubiere casado con Ticio», ha de ser considerado lo mismo que si se hubiese hecho el legado para después de la muerte de Ticio, y por lo tanto, ni aun habiéndose interpuesto la caución Muciana puede adquirir el legado; pero ni aun casándose con otro consigue el legado.

107. [105.] GAIUS libro singulari de *Casibus*.—Aliquando accidit, ut sub conditione datum legatum purum intelligatur, veluti quod sub eadem conditione relictum est, sub qua etiam heres alius institutus est; item quod sub hac conditione relictum est: «si hereditatem adierit». Ex diverso quoque purum datum legatum conditionale videtur, veluti quod sub conditione ademptum est, quia sub contraria conditione datum intelligitur.

107. [105.] GAYO; *Casos, libro único*.—Sucede alguna vez, que se considera puro el legado dado bajo condición, por ejemplo, el que se dejó con la misma condición bajo la que también fué otro instituido heredero; igualmente el que se dejó bajo esta condición: «si adiere la herencia». Por el contrario, también se considera condicional el legado dado puramente, por ejemplo, el que fué quitado bajo condición, porque se entiende dado bajo condición contraria.

108. [106.] SCAEVOLA libro XIX. *Digestorum*.—Libertis omnibus legavit domum, et haec verba adiecit: «ut in ea habitent liberti, ne de nomine exeat, et ut ad unum, qui novissimus extiterit, perveniat; et eo amplius iisdem libertis meis dari volo fundum Sosianum» (3); quaesitum est, an conditio apposita: ne de nomine exiret, ad sequens

108. [106.] SCAEVOLA; *Digesto, libro XIX*.—Uno legó una casa á todos los libertos, y añadió estas palabras: «para que en ella habiten los libertos, y no salga de la familia, y para que vaya á poder del último que quedare; y además de esto, quiero que se les dé á mis mismos libertos el fundo Sosiano»; se preguntó, si la condición puesta: para

(1) Hal.; petit, el código Fl.

(2) IV., Hal.

(3) Seianum, Hal. Vulg.

quoque legatum pertineret. Respondit (1), pertinere.

109. [107.] IDEM libro XX. Digestorum.—A testatore rogatus, ut acceptis centum numis restitueret hereditatem Titiae, coheredi suae, adita hereditate decessit, similiter et Titia, antequam daret centum; quaesitum est, an heres Titiae offerendo centum fidei commissio (2) partem hereditatis consequi possit. Respondit, heredem conditioni parere non posse. Claudius: magno ingenio de iure aperto respondit, quum potest dubitari, an in proposito conditio esset.

110. [108.] POMPONIUS libro IX. Epistolarum.—Etiam si inuitis heredibus ex peculio statuliber pecuniam Titio det, liber quidem sit; sed Titius, qui inuitis heredibus sciens accepit, pro possessore videtur eam pecuniam possidere, ut avocare eam hi, qui inuiti fuerunt, possint.

111. [109.] IDEM libro XI. Epistolarum.—Qui sub conditione rationum reddendarum liber esse iussus est, docere debet, constare fidem omnibus, quae ab eo gesta sunt, ut neque subtraxerit quid ex his, quae acceperit, neque expensum (3) rationibus praescripserit (4), quod non dederat. Sed et quod reliquum per contextum scriptum est, remanere apud eum, solvere debet; neque enim aliter liber esse potest, quam si hoc modo conditioni, sub qua (5) data est libertas, satisfecerit. Ceterum debitores, cum quibus ipse contraxit, non utique in diem mortis domini sui fuisse idoneos praestare cogendus est; sed eo tempore, quo his creditum est, eius conditionis fuisse, ut diligens paterfamilias (6) crediturus fuerit.

112. [110.] IDEM libro XII. Epistolarum.—Tales condiciones: «si monumentum», puta, «fecerint», pluribus propositae, non possunt nisi in omnibus simul personis existere.

§ 1.—Item: «si Symphoro (7) et Ianuario centum Titius praestiterit, fundum ei lego», Symphoro (8) mortuo an legatum periisset? Sed hoc quoque sic puto interpretandum, ut si, dum quisque eorum vivet, praestitisset. Sed benigna interpretatione dicendum, si non post moram Titii Symphorus (9) decessit, debere partem dimidiam Ianuario dantem, partem fundi dimidiam legatario esse consecuturum.

§ 2.—De illo quoque quaeritur, fundus quibusdam legatus est, si pecuniam certam in funus impensamque perferendi corporis in aliam regionem dedissent; nam (10), nisi uterque dederit, neutri sit legatum, quoniam conditio, nisi per utrumque, expleri non potest. Sed haec humanius interpretari solemus, ut, quum duobus fundus legatus sit, si decem dedissent, et alteri, dando partem, legatum quoque debeat.

(1) Taur. según la escritura original; respondi, corrección del código Fl., Br.

(2) fideicommissi, Hal.

(3) expressum, Hal.

(4) Taur.; praescripserat, el código Fl., Br.

(5) Hal. Vulg.; quam, el código Fl.

(6) Según enmienda Br.; is, el código Fl.; his, Taur.

que no salga de la familia, pertenecería también al siguiente legado. Respondió, que pertenecía.

109. [107.] EL MISMO; Digesto, libro XX.—Uno á quien se le rogó por el testador, que recibiendo cien monedas restituyese la herencia á Ticia, su coheredera, falleció habiendo sido adida la herencia, é igualmente falleció Ticia, antes de dar las cien monedas; se preguntó, si ofreciendo el heredero de Ticia las cien del fideicomiso, podría conseguir la parte de la herencia. Respondió, que el heredero no podía cumplir la condición. Y dice Claudio: con grande ingenio respondió sobre un punto claro de derecho, pudiéndose dudar si en el caso propuesto habría condición.

110. [108.] POMPONIO; Epistolas, libro IX.—Aunque el instituido libre bajo condición dé de su peculio una cantidad á Ticio contra la voluntad de los herederos, es ciertamente libre; pero se considera que Ticio, que la recibió á sabiendas contra la voluntad de los herederos, posee esta cantidad como poseedor, de suerte que puedan reclamarla los que no lo consintieron.

111. [109.] EL MISMO; Epistolas, libro XI.—El que se mandó que fuese libre bajo condición de rendir cuentas, debe probar y hacer constar su fidelidad en todas las cosas que por él fueron administradas, y que ni sustrajo cosa alguna de las que hubiere recibido, ni anotó en las cuentas como gastado lo que no había dado. Pero también debe pagar el remanente que conste escrito que hay en su poder; porque no puede ser libre de otra manera, sino si de este modo hubiere cumplido la condición bajo la cual le fué dada la libertad. Pero ciertamente no debe ser obligado á responder de que fueron abonados al tiempo de la muerte de su señor los deudores con quienes él contrató; sino que al tiempo en que se les dió crédito fueron de tal condición, que un diligente padre de familia les habría concedido crédito.

112. [110.] EL MISMO; Epistolas, libro XII.—Estas condiciones: por ejemplo, «si hubieren hecho un monumento», puestas, á muchos, no pueden cumplirse sino conjuntamente en todas las personas.

§ 1.—Así mismo: «Si Ticio le hubiere dado ciento á Sinforo y á Ianuario, le lego un fundo», muerto Sinforo, se habrá extinguido el legado? Pero opino que también esto se ha de interpretar de este modo, como si los hubiese dado viviendo cada uno de ellos. Mas por benigna interpretación se ha de decir, que si Sinforo falleció no después de mora de Ticio, dando la mitad de la suma á Ianuario, debe conseguir el legatario la mitad del fundo.

§ 2.—Se pregunta también sobre esto: se legó un fundo á unos, si hubiesen dado cierta cantidad para el funeral y para los gastos de transportar el cadáver á otra región; pues, á no ser que ambos la hubieren dado, no se habrá hecho el legado ni al uno ni al otro, porque á no ser por ambos no se puede cumplir la condición. Pero esto lo solemos interpretar con más humanidad, de suerte que, cuando á dos haya sido legado un fundo, si hubiesen dado la suma de diez, se deba también el legado á uno de ellos, dando su parte.

(7) Hal.; Sumphoro, el código Fl.

(8) Hal.; Sumphoro, el código Fl.

(9) Hal.; Sumphorus, el código Fl.

(10) num, Hal.

§ 3.—Priscus respondit, statuliberum non utique ibi, ubi paterfamilias decessit, aut ubi ipse relictus sit, aut ubi velit, rationes reddere debere, sed interim proficisci ad eum, cui reddere debeat; utique si is Reipublicae causa aberit; verissimum est autem, ut alias aliud ex persona locoque sit aestimandum.

113. [111.] PAULUS *Imperialium sententiarum in cognitionibus prolatarum ex libris sex libro secundo.*—Quum filius rogatus fuisset a patre, si, antequam res suas administrare posset, decessisset, hereditatem Titio restituere, et egressus viginti annos decessisset, rescriptum est, fideicommissum deberi.

TIT. II

AD LEGEM FALCIDIAM
[Cf. Cod. VI. 50. (49.)]

1. PAULUS *libro singulari ad legem Falcidiam.*—Lex (1) Falcidia lata est, quae primo capite liberam legandi facultatem dedit usque ad dodrantem (2) his verbis: QUI CIVES ROMANI SUNT, QUI EORUM POST HANC LEGEM ROGATAM TESTAMENTUM FACERE VOLET, UT EAM PECUNIAM EASQUE RES QUIBUSQUE DARE, LEGARE VOLET, IUS POTESTASQUE ESTO, UT HAC LEGE SEQUENTI LICEBIT (3). Secundo capite modum legatorum constituit his verbis: QUICUMQUE CIVIS ROMANUS POST HANC LEGEM ROGATAM TESTAMENTUM FACIAT, IS QUANTAM CUIQUE CIVI ROMANO PECUNIAM IURE PUBLICO DARE, LEGARE VOLET, IUS POTESTASQUE ESTO, DUM ITA DETUR LEGATUM, NE MINUS, QUAM PARTEM QUARTAM HEREDITATIS, EO TESTAMENTO HEREDES CAPIANT. EIS, QUIBUS QUID ITA DATUM, LEGATUMVE ERIT, EAM PECUNIAM SINE FRAUDE SUA CAPERE LICETO; ISQUE HERES, QUI EAM PECUNIAM DARE IUSSUS DAMNATUS ERIT, EAM PECUNIAM DEBETO DARE, QUAM DAMNATUS EST.

§ 1.—Lex Falcidia etiam ad eos, qui apud hostes moriuntur, propter legem Corneliam pertinere videtur, quod ea lex perinde eorum testamenta confirmat, atque si in civitate decessissent; propter quam fictionem lex Falcidia, et omnes testamentariae pertinent, quae tamen possint locum habere.

§ 2.—Ad eos, qui omisa causa testamenti possident hereditatem, non pertinet lex Falcidia, sed per Edictum Praetoris inducitur potestas legis.

§ 3.—Idemque est, si iurisiurandi conditio remissa sit.

§ 4.—Sed et si servo suo testator data libertate legaverit, quia (4) differtur in id tempus, quo liber futurus est, item ei, qui apud hostes est, aut ei, qui nondum natus est, datum sit aliquid, haec lex locum habebit.

§ 5.—Ad municipium quoque legata, vel etiam ea, quae Deo relinquuntur, lex Falcidia pertinet.

(1) etiam, inserta Hal.

(2) usque ad dodrantem, omittelas Hal.

(3) UT HAC LEGE SEQUENTI LICEBIT, omittelas otros en Hal.

§ 3.—Prisco respondiò, que el instituido libre bajo condición no debía ciertamente rendir cuentas allí donde falleció el padre de familia, ó donde el mismo fué dejado, ó donde quiera, pero que mientras debe dirigirse á aquel á quien deba darlos; esto solamente si él estuviere ausente por causa de la República; pero es muy cierto, que esto se habrá de estimar de otro modo atendiendo á las circunstancias de la persona y del lugar.

113. [111.] PAULO; *Libro II. de los seis de Sentencias Imperiales dadas en juicio extraordinario.*—Como por un padre de familia se hubiese rogado á su hijo, que, si falleciera antes que pudiera administrar sus bienes, restituyese la herencia á Ticio, y hubiese fallecido habiendo cumplido veinte años, se decidió por rescripto que se debía el fideicomiso.

TÍTULO II

SOBRE LA LEY FALCIDIA
[Véase Cód. VI. 50. (49.)]

1. PAULO; *Comentarios á la ley Falcidia, libro único.*—Se promulgó la ley Falcidia, la cual concedió en el primer capítulo libre facultad para legar hasta las tres cuartas partes con estas palabras: «Cualquier ciudadano romano, que después de promulgada esta ley quiera hacer testamento, tenga derecho y potestad para dar y legar este dinero y estas cosas á quienes quiera, en la forma que le será lícito por las siguientes partes de esta ley. En el segundo capítulo estableció el límite de los legados, con estas palabras: «Cualquier ciudadano romano, que después de promulgada esta ley hiciera testamento, tenga derecho y potestad para dar y legar á cualquier ciudadano romano por derecho público cuanto dinero quiera, con tal que el legado se dé de modo que los herederos no perciban por este testamento menos de la cuarta parte de la herencia. Sea lícito á quienes así se hubiere dado ó legado alguna cosa, percibir este dinero sin fraude propio; y este heredero á quien se le hubiere mandado ó á quien se le hubiere condenado á dar este dinero, deba dar el dinero á que fué condenado».

§ 1.—Se considera que por razón de la ley Cornelia la ley Falcidia es aplicable también á los que mueren en poder de los enemigos, porque aquella ley confirma sus testamentos, como si hubiesen fallecido en la ciudadanía; por cuya ficción son aplicables la ley Falcidia, y todas las testamentarias, que, sin embargo, puedan tener aplicación.

§ 2.—La ley Falcidia no es aplicable á aquellos que poseen la herencia habiéndose omitido la causa del testamento, pero por el Edicto del Pretor se extiende la autoridad de la ley.

§ 3.—Y lo mismo es, si se hubiera remitido la condición del juramento.

§ 4.—Pero también tendrá lugar esta ley si el testador, habiéndole dado la libertad, hubiere hecho un legado á su esclavo, porque se le defiere para el tiempo en que ha de ser libre; y lo mismo si se hubiere dado alguna cosa al que está en poder de los enemigos, ó al que no ha nacido todavía.

§ 5.—La ley Falcidia es aplicable también á los legados de los individuos de un municipio, y aun también á los que se dejan á Dios.

(4) quinquam, Hal.